arbitror insignes fuisse viros cum anactes
sonet armorum principes Nam aris grece mars
latine sonat et arcos princeps igitur bellorum seu
armorum principes fuere Quod ea tempestate et
ecia hodierna per maximum est Leontius vero Leontius
dicit quod cum ebulens ad famam titius anthei
terre filij ad meandre cum eo luctam accessis
set eo superato herculis meruit cognomen

quam ante eum nemo meruerat. Ego autem credo longe
antiquiorem Ebuleum, Antheo filio, et Dyonisium dicit
ad Indos coactis in militia mulieribus intulisse
bellum et obtenta victoria Nysam urbem ibidem condi-
disse. Et cum victoriosus venerit, primum pompam
excogitasse triumphi, ac etiam vini usum Athenienses
docuisse, eumque ab eisdem Liberum appellatum et patrem,
eo quod sese liberos eo vivente arbitrarentur, quasi
sub optimi patris tutela servatos. Quicquid sit
esse potuisse non nego, sed tamen longe post fuisse
existimo.

De Hercule primo nono primi Iovis filio

Placet insuper Tullio primi Iovis ex Lisito
primum et antiquissimum Herculem fuisse fi-
lium, et hunc asserit cum Apolline de tripode fuis-
se certamen in quo quidem obtinuit. Dicit Paulus
cum Dyonisius vocaretur Hercules meruit appellari,
quod quidem et Leontius affirmat, sed causam non ostendit,
et ideo quid credam non habeo. Certamen autem tripo-
dis credo de divinatione fuit. Nam Phebi tri-
podas dicit Paulus speciem esse lauri cuius tres
tantum sint radices, et has ob id in libris pontifi-
cum tripodas dictas, et Apollini ob id sacratas, quia
cum ipse divinationis deus sit, huiusmodi lauri eandem
videantur habere virtutem, cum legatur si frondes
huius speciei lauri dormientis capiti supponantur
vel alligentur, eum procul dubio vera visurum sompnia.

De Proserpina prima decima primi Iovis filia

Ex Proserpina Iovem nonnullos suscepisse fi-
lios ostendit Tullius, et in illis etiam fuis-
se filiam, quod quidem possibile est honestate servata,
et Proserpinam huius fuisse filiam, quam Liberi fratris sui
fuisse coniugem idem videtur testari Tullius, cum de
ea nil aliud legisse meminerim.

De Libero primo undecimo primi Iovis filio qui genuit Mercurium secundum

Liberum primum primi Iovis fuisse filium Tullius,
ubi de natis deorum, testatur liquido. Hunc
unum et idem cum Dyonisio superiori Leontius arbitra-
tur, eumque preclaris factis insignem fuisse virum
conatur ostendere. Tamen Eusebius seu de hoc seu de
alio, quod ego magis arbitror, longe post hec tempora
fuisse describit. Huius autem Proserpinam et sororem
et coniugem nonnulli voluerunt, eumque ex ea Mercurium
secundum suscepisse filium.

De Mercurio secundo Liberi et Proserpine filio qui genuit Cupidinem et Autolicum

Mercurius alter a superiori Liberi et Proserpine
fuit filius, ut Theodontius dicit et Cornificius,
de quo talis a Theodontio recitatur fabula: Quod
cum vidente nemine preter Bacchum quendam Apollinis
vaccas furatus fuisset, Baccho, ut hoc nemini
revelaret, unam concessit ex vaccis. Demum in
faciem alteram transformatus, exploraturus Bacchi fi-
dem, ad eum rediit promisitque taurum si sublatas sibi
vaccas ostenderet. Bacchus autem omnia que viderat reve-
lavit. Quamobrem turbatus Mercurius eum muta-
vit in saxum, quod indicem vocari poterat, nos autem
paragones dicimus. Tandem cum divinitate
sua fretus hoc cognovisset Apollo, sumpto arcu vo-
luit Mercurium sagittis occidere, sed Mercurius prestigio in-
visibilis factus ledi non potuit. Postremo inven-
tam concordia citharam a se comptam Mercurius
concessit Apollini. Apollo autem virgam concessit ei-
dem. Dicebat insuper Paulus se alibi legisse quod
Mercurius iram precogitans Apollinis ne ledi posset,
ab eo clam illi pharetram evacuaverat. Quod cum
advertisset iratus Apollo, miratus eius astuciam risit
et in concordiam secum venit, ut supra. Leontius
extra hanc fabulam dicebat hunc Mercurium filium fuisse
Dionisii qui primo supra Liber vocatur, et eum a na-
tivitate vocatum Nysium eo quod apud Nysam Indie
paulo ante a patre conditam natus sit. Et cum
adolevisset, tanta pedum velocitate valuit ut
coevos suos cetos cursu superaret. Quamobrem
obmisso nomine primo Stilbon appellatus est, quod velox
latine sonat. Demum cum illusiones magicas
didicisset et latrociniis delectaretur, summe armen-
ta rapuit Phorbi Indie sacerdotis Apollinis Del-
phici, qui ea tempestate maxime auctoritatis ha-
bebat, et ea post lapideum tumulum quendam cui
Bacchos nomen erat seduxerat. Verum cum taurus
unus ex improviso segregatus a reliquis socios
vaccas repeteret, forte ostendit tumulum illum
mugiens, mugitum cuius videntibus aliis ab ex-
quirentibus armenta comperta sunt, et tumulus ex
Baccho dictus est index. Stilbon autem cum suis ar-
tibus Phoronidis irati impetum effugisset, amicus
eius tandem effectus est. Verum cum in talibus perseveraret
non ob avaritiam sed, ut aiebat, impulsu, cum al-
esset et formosus homo et eloquentissimus et circa
omnia manualia opera celeberrimi ingenii,
Mercurius nuncupatus est et furum deus. Quod, ut idem
asserebat Leontius, etsi a ioco habuit initium, qua-
liter tamen apud Atticos et Archades inceptum ut
post eius mortem illi templa dedicarent et sacra
quibus sibi propicium conabantur facere hii quibus
furto aliquid erat subtractum, asserentes munere
suo conservata multa ac etiam recuperata, eum quod
aiebat sicuti et ceteros insignitum, de quibus in
sequentibus, qui insuper ubi de tertio Mercurio late
dicturus sum, hic aliquid scribere non curavi.

De Cupidine primo secundi Mercurii filio

Cupido primus, ut ait cum Tullio Theodontius,
secundi Mercurii et Diane prime fuit filius

Margin notes: Tullius (beside "Placet insuper Tullio"); Eusebius (beside "conatur ostendere"); Theodontius (beside "Mercurius alter"); Fabula Bachi qui po[stea] ondi9 (beside "vaccas ostenderet")

que aiunt fuisse primarium. Circa quod duo potius sensisse fingentes puto: circa nomen eo quod speciosissimus fuit puer ad instar cupidinis filii veneris, quem puerum et pulcherrimum semper pingere pictores qui alis cupido deus est primarium autem ob id cognominatum reor quia velocissimus cursu fuit adolescens.

De auttolio primo mercurii filio qui genuit synonem primum

Auttolius ut ovidio placet mercurii et lichionis fuit filius. Nam ovidius de origine eius talem recitat fabulam. Dicit enim lichione dedalionis speciosissimam fuisse filiam adeo ut appolini et mercurio placeret. Cumque ambo poscentibus una et eadem die uno tamen de altero ignorante eius in sequentem nocte concubitum, cum promisisset a mercurio non expectata nocte virga tacta est et in sopnum soluta et sic cum ea concubuit. Appollo autem nocte accessit ad eam, ex quibus cum geminos concepisset, peperit mercurio auttolicum appolini vero philemonem. Verum auttolius inter furtes evasit clarissimus adeo ut non videretur degenerare a patre. Philemon autem citharista factus se appollinis filium demonstravit. Huic ego fictioni causam dedisse varium geminorum fratrum exitum et sic utrique eorum illi deo attributus est filius cuius imitatus est mores, et forsan auttolici nascentis fuit significator mercurius et sic eius est dictus filius, et appollo eandem ob causam philemonem lucratus est.

De Synone primo auttolii filio qui genuit Syssimum et Auttoliam

Synon auttolii fuit filius ut placet paulo. Et hunc idem dicit servius fuisse furem seque ad exercenda latrocinia in diversas species adeo transformantem ut facile quos vellet falleret. Genuit autem syssimum et auttoliam matrem ulixis et hunc diunt pervenisse parnasum ut per homerum patet in odissea ubi recitat qualiter ulixes apud parnasum ab apro in tibia vulneratus sit.

De sissimo filio primi synonis et patre secundi

Sissimus ut dicit servius filius fuit primi synonis, nec de eo aliud legisse memini nisi quia pater fuit secundi synonis qui fraude sua troianos in extremam deduxit perniciem.

De auttolia synonis primi filia et ulixis matre

Auttolia ut servio placet synonis primi fuit filia. Hec cum nupsisset laertii ytachie regi ut quibusdam placet a sisipho latrone ad virum vadens intercepta est atque oppressa et ex eo concubitu sunt qui dicant eam concepisse ulixem et sic pregnantem iuisse in nuptias laertis. Et quem ex sisipho conceperat laertis filium esse dixit. Quod aiax thelamonius apud ovidium in questione de armis achillis illi obicit dicens: Quid sanguine cretus Sisiphio furtisque et fraude simillimus illi etc. Hec autem ut fertur cum audisset falso nuntio apud troiam ulixem occisum doloris impatiens laqueo vitam abiecit. Quam postea apud inferos ut in odissea scribit homerus ulixes comperit et agnovit et de multis perquisivit ab ea et edoctus est.

De secundo synone filio sissimi

Secundus synon tertio servii filius fuit sissimi et a synone primo avo suo denominatus. Hic cum grecis ut per virgilium patet ad excidium troianum accessit et iam minus succedentibus rebus grecis fingentibus reditum subornatus volens a troianis captus et ad priamum regem deductus est, apud quem miravi sagacitate primo se extulit et demum fallacibus verbis in perniciosam credulitatem de recessu grecorum regem troianosque reliquos et ad suscipiendum equum intra menia civitatis impulit. Quid ex illo demum exinde de illo secutum sit nescio. Videbit tamen plinius in libro de historia naturali hunc inventorem fuisse significationem specularia, ex quo satis patet eum non minimi momenti fuisse hominem.

De epapho primi iovis duodecimo filio qui genuit libiam et belum

Postquam primi liberi patris iovis primi filii plenam omnem expedivimus retro tendens est primo ad epaphum egiptium eiusque amplissimam progeniem. Quamquam epaphus ut testatur ovidius ex yone filia ynathi iovis fuit filius, theodontius vero, et leoncius eum iovis fuisse filium dicunt sed ex yside promethei filia, ut ubi infra de yside latius patebit. Eusebius autem in libro temporum dicit eum filium fuisse theolegoni cui post mortem a patre nupsit ysis. Gervasius quidem tellibenensis in libro ociorum imperialium scribit epaphum elom et ysidis fuisse filium et babiloniam egiptiam condidisse, quod opus fuisse cambisis persarum regis certiores auctores affirmant. Et sic de patre et matre huius inter se discrepant auctores. Ego autem vulgatiorem sequitur famam iovis et yonis filium dicam. Ex cuius conceptione fabula instat ubi de yone scribitur integre refertur. Hunc dicit lactancius cassiopiam fuisse coniugem non eam que socrus fuit persei sed longe antiquiorem et ex ea quosdam suscepisse filios

ut postea apparebit de tempore eius non minus quam de patre et matre discordes sunt veteres. Nam eusebio ubi de temporibus referente aliquam dicunt ioue yom ynachi filie nuptum regnante athenis citrope qui regnavit circa annos mundi iii^m dc xlvi. Cum constet ynachum regnasse usque ad annum mundi iii^m iii^c dc vi. Et secundum hos oportuit aliam esse Jonem quam ynachi filiam. Idem autem eusebius paulo post predictam dicit yonem in egiptum profectam anno xlvi^o regni citropis qui mundi fuit annus iii^m dcc x. Et ibidem Iside nuncupatam et thelegono cuidam nupsisse et ex eo epaphum filium dixi eo quod eius tempus videatur que mire mater cum yone ynachi filia et yside prometheii ex quibus quis potest quam malit illi matrem asscribere

De libia filia epaphi

Libia epaphi et cassiopie coniugis sue ut lattancio placet fuit filia. Que cum in neptunum venisset concubitum id est alienum hominem ab egipto et ex eo concepit et peperit busiridem immanem postea tirannum. Hec ut dicit ysidorus ubi de ethimologiis eius partis affrice regina fuit que ex suo nomine libia dicta est

De belo prisco epaphi filio qui genuit danaum et egistum et agenorem

Belus quem prisci cognominant veteres epaphi secundum paulum fuit filius et post eum in superiori egipto regnavit ubi ut aiunt celestis discipline inventor dotorque prius meruit ab egiptiis ut idem paulus asserit templum quod illi in babilonia fuit constructum et iovi bello consecratum. Theodotius vero dicit templum hoc post belum factum cretensis iovis astutia qui captatis cum principibus amicitiis quo adeas construeras templa in regnis eorum edificari et suo et amici titulo insigniri plura fecit qua astutia sui nomen eius et deitas ampliata est. Alii sunt qui dicant templum hoc non belo prisco edificatum nec in babilonia egiptia sed belo patri Nini regis assiriorum in babilonia caldeorum cum quod ibidem sub nomine saturni satius et cultu vario honoratum sic. Preterea belo prisco filii quidam sunt ex quibus mulieribus non constat. De danao beli prisci filio qui quinquaginta genuit filias ex quibus ypermestra et ammon atque bona tamen nomine cognoscuntur

Danaus beli prisci fuit filius ut asserit paulus et illud idem confirmat lattancius qui etiam ante paulum oro sum dicit danaum beli filium ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuisse quas cum egistus frater eius cum totidem essent meliores sexus filii postulasset uiuus danaus oraculi responso comperto se manibus generi periturum volens evitare periculum constensis navibus in argos venit. Asserit quod plinius in libro naturalis historie eum primum navibus seu navim transfretasse cum antea ratibus inventis ab eritra rege in mari rubro navigarent. Esto sunt ut idem scribit plinius qui credat misos et troianos in helesponto priores excogitasse dum adversus tracas transirent. Egistus autem quod spretus esset indignans ut illum sequerentur filios imparavit lege data ut nisi dominum repeterent ni prius danaum occidissent. Qui cum apud argos obpugnarent patruum ab eo diffidente fraude capti sunt spopondit enim se illis morem egisti votum filias daturum in coniuges nec defuit promisso fides. Ornate enim a patre viro rem in venire thalamos singulis cultris clam omnes armate et cum vino letitia quod calentes iuvenes facile in soporem misissent obedientes patri virgines captato tempore iugulaverunt viros unaqueque suum ypermestra excepta que lino seu linceo viro suo miserta pepercit. Hunc danaum dicit eusebius cum armais nomen fuit anno mundi iii^m dcc xvi apud egiptios regnare cepisse sed inde egipto pulsus argos veniens primus stelenum argivorum regem cum annis regnasset xi regno expulit et inde genalorem successorem eius argivum ab imperio expulere et danaum suscepere qui ad eos lindare fecit. Nam ut ait plinius in libro de historia naturali puteos primus ex egipto in grecia fodiendos ostendit. Et eisdem temporibus asserit eius ope a filiabus quinquaginta danai filios quinquaginta egisti fratris sui preter linum seu linceum occisos. Tandem ipse cum quinquaginta annis regnasset a lynceo occisus est

De quinquaginta filiabus danai in generale

Filie danai fratricide propriis fere nominibus incognite sunt cum nomina eum tamen ad nos usque pervenerint. Et sicuti nomina perdidimus sic et fortunas post scelestum facinus perpetratum finire tamen poete has apud inferos esse dapnatas et hoc assidue agitari supplicio ut haurientes aquas urnas absque fundis conantur implere. Et ut dicit ovidius molirique suis letum patruelibus ause assidue repetunt quas perdant belides undas etc. Et seneca tragicus in herculle furente urnasque frustra danaides plenas ferunt. Hoc ego illis inditum supplicium reor ut mulierum singularis causa describatur quod dum sua formositatem lauticia nimia augere conantur laborem perdunt et minuunt quod intendunt nam solertia augere

ysidorus
eusebius
ovidius
Seneca

vel potius monstrat qualis sit fluxor atque effeminator hominum labor quem diu sepe repetito coitu credunt adimplere quod cupiunt non obtento voto se opes evacuasse comperiunt.

De Ypermestra una ex quinquaginta filiabus Danai

Ypermestra ut in epistolis ostendit Ovidius filia fuit Danai et sola ex quinquaginta sororibus neglecto patris imperio Lynceo viro suo pepercit, et ob id ut idem dicit Ovidius carceri tradita est. Hanc ut dicit Eusebius in libro temporum nonnulli putaverunt Ysidem esse. Attamen Danao patre Argis regnante sacerdotio functa est.

De Ammone una ex L. filiabus Danai

Ammon ut ait Lactantius filia fuit Danai ex quinquaginta sororibus una. Hec cum studio se in silvis iaculo venaretur inadvertenter satirum percussit qui cum illi vim vellet inferre, Ammon Neptuni auxilium implorans, Neptunus autem fugato satiro quod ab illo virgo pati noluerat a maiori deo passa concepit et peperit Nauplium. Quid autem de fictione sentiendum sit infra ubi de ortu Nauplii apponetur.

De Bona una ex L. filiabus Danai

Bona dicit Ditis Cretensis in de expeditione grecorum contra troianos scribit filia fuit Danai que ut ipsemet asserit Athlanti nupsit et ex eo Electram peperit que postea ex Jove Dardanum edidit.

De Egisto Beli Prisci filio qui genuit L. filios ex quibus Linceus

Egistus Beli Prisci fuit filius et Danai frater ut est satis monstratum et huic quinquaginta fuere filii quibus cum quesisset Danai fratris sui filias in coniuges ab eisdem Danai iussu occisi sunt omnes nuptiarum nocte preter Linceum ut predictum est.

De Linceo ex L. filiis Egisti qui genuit Abantem Acrisium et Iasium

Linceus quem Linum appellat Ovidius filius fuit Egisti et solus ex L. fratribus misericordia Ypermestre coniugis evasit a morte. Hic ut placet aliquibus Danao patruo pulso pro eo regnavit apud Argos, alii vero dicunt eo occiso. Sed qualitercumque fuit ut Eusebius ostendit in libro temporum postquam regnavit annis XLI Abante et Iasio et Acrisio filiis relictis diem clausit.

De Abante filio Lincei qui genuit Pretum

Abas ut asserit Barlaam filius fuit Lincei ex Ypermestra coniuge, esto Paulus dicat eum Beli Prisci fuisse filium. Hic autem bellicosus homo et acerrimi ingenii fuit, Linceo que patri successit in regno annis que vigintiocto ut dicit Eusebius imperavit Argivis et mortuus est.

De Preto filio Abantis qui genuit Meram et sorores

Pritus seu Pretus ut Lactantio placet et persermo filius fuit Abantis Argivorum regis. Huic ut fere omnes asserunt coniux fuit Stenoboe, Homerus autem dicit Antiope, ex qua tres sustulit filias que iam adulte eo quod formosissime essent elate templum Junonis intrantes se pretulere Junoni. Quamobrem turbata Juno illis furorem immisit talem ut se vaccas arbitrarentur et aratra timentes silvas optarent, ut ait Virgilius: Pretides implerunt falsis mugitibus agros. Ovidius aliam refert insanie causam dicens has intra insulam se vaccas credidisse eo quod furto facto ex Herculis armentis prostituissent consensu. Sed qua cumque causa factum sit egre tulit infortunium Pretus, proposuitque regni partem et quam ex eis mallet in coniugem ei qui illas in pristinam mentem revocasset. Cuius premii cupiditate tractus Melampus Amithaonis filius curandas assumpsit, et ut ait Vitruvius in libro architecture eas apud Clitorim Archadie civitatem duxisse. Ibidem namque spelunca est ex qua profluit aqua ex qua si quis biberit fit abstemius, et ob id apud eam in lapide epigramma grecis carminibus scriptum est testificans aquam non esse ydoneam ad lavandum et vitibus inimicam. Ibi autem pactis sacris eas purgavit et pristine restituit menti et sic regni partem et coniugium virginis secutus est. Pretus autem secundum Eusebium annis XVII regnavit eique successit Acrisius frater.

Huius ego filias ante medelam Melampodis in vino fuisse ultra quam deceat mulieres avidas arbitror et potatrices, nec mirum si se prius regi preferre ausas. Quamobrem Junonis iram id est regnantis patris meruere et castitate in partem altam instigante vino muliebrium in furia visse se vaccas et ternas et nigro subditas clamitabant. Verum cum forsan sepius contigisset vexatus infortunio Pretus eas tradidit Melampodi curandas qui cum eas aqua predicta potasset hostes vini fecit et furor abiit consuetus.

De Mora Preti filia

Mora dicit Leontius filia fuit Preti et Anthie filie Amphianastis que cum venatoribus dedita Dyanam per nemora sequeretur a Jove inspecta atque dilecta est, et ab eo Dyane sumpta ymagine viciata. Que tandem cum ob pudorem patrati sceleris et timens ne iterum deciperetur vocanti eam Dyane obsequi noluit. Et ob id Dyana commota illam sagittis occidit. Hanc dicit Paulus Stenobee fuisse filiam sicuti et

reliquie et post susceptam et sanitate obsecutura dyane venisse. Qua fictione dicit idem Leoncius monere ypocritas sepe credulos dolis in eam quam dissuadent deduxisse pernitiem, a qua dum verax homo aliquos lapsos relevare conatur, decepti semel et omnia timentes incredulitati oblatam respuentes salutem in mortem perpetuam dilabuntur.

De acrisio abantis filio qui genuit danem (?) et inter (?) perseum

Acrisius Abantis fuit filius ut dicit Lactantius, et ut Eusebius in libro temporum scribit pro fratre successit in regno. Huic ut idem Lactantius asserit, nec ab hoc discrepat Servius, unicam huius filiam Danem in visis hunc se manu eius qui ex filia nasceretur moriturum. Cum ad effugiendam pernitiem mortem filia in quadam turri se posuit senarique iussit ne quis homo ad eam posset accedere. Contigit igitur ut audita formositatis eius fama illa concupisceret Iupiter, qui cum ad eam accessum alium non videret versus in aurum guttam ex tegulis in gremium eius se cadere permisit et sic pregnans effecta est. Quod cum cognovisset Acrisius eam capi iussit et in arca positam atque in mare proici. Quod cum ministri fecissent in litus usque Apulie arca delata est et casu a piscatore capta in qua cum comperisset Danem et parvum filium quem enixa fuerat eam ad Pilunnum regem detulit, qui cum genus eius cognovisset, et Priam (?) illam libenter sibi coniugio copulavit. Filius autem eius cui Perseus nomen fuit cum excrevisset et Gorgonis caput abstulisset in Argos veniens Acrisium tunsinuta (?) init in saxum. Quenmodo (?) permutatio secundum Eusebium sonat quod cum regnasset Acrisius apud Argos annis triginta uno a Perseo nepote suo non sponte tamen occisus est et in lapidem id est in frigiditatem perpetuam versus. Quid autem fictionis supest inferius ubi de Dane declarabitur.

De dane filia acrisii

Danes Acrisii filia ut supra proxime dictum est in mare pregnans a patre dimissa cum in Apulia impulsa venisset Pilunno regi Apulo nupsit et inde ad Rutulos abiere. Et constructa ibidem Ardea civitate Daunum Pilunno peperit. Sane quod superius omissum est Iove aurum fluxisse per tegulas intelligendum est auro pudicitiam virginis viciatam. Et cum non esset ad illud iter permissum per ianuam clam tectum ascendisse et exinde se in thalamum virginis desce disse (?) dimisisse. Dicit tamen Theodontius quod cum Danes amaretur a Iove, et se ob timorem patris sentiret perpetuo dampnata carceri ut posset evadere et fugam arripere oculte cum Iove auro concubitum mercata est et pacta nam et cum hiis quas potuit deferre divitiis fugam arripuit pregnans ex Iove.

De Iasio abantis filio qui genuit athlantem amphionem et thalaonem Rubrica

Fuit ut Theodontio placet Iasius iste Abantis filius de quo insi (?) quod sepissime inter Argivos reges nuncupatus est et quosdam huius filios inde (?) legi.

De athlanta filia iasii et matre parthenopei

Athlanta ut dicit Lactantius et Theodontius Iunior fuit filiorum Iasii. Hec cum speciosa virgo ex sociis esset Dyane ad aprum Calidonium perimendum una cum cetera Achaie nobilitate a Meleagro vocata venit et in venatione prima aprum sagitta percussit et ob suam formositatem a Meleagro dilecta occisa belua ab eo eiusdem honoratum capite meruit. Ex quo eius in amicitiam venit et amplexus eius passa et Parthenopeum peperit.

De aphione iasii filio qui genuit clorim

Amphion alter ab illo qui Thebas clausit muro filius fuit Iasii et regnavit ut dicit Leoncius in Orcomeno minio et in Pilo vocatus alias Argivus. Cui unica fuit filia nomine Cloris.

De clori filia aphionis et nelei coniuge

Cloris ut supra dictum est filia fuit Aphionis et ut in Odissea testatur Homerus Neleo nupsit eique peperit Nestorem et alios plures filios.

De thalaone iasii filio qui genuit euridicem flegeum et adrastum

Thalaon dicit Paulus filius fuit Iasii et apud Argos regnavit. Quod quidem iudicio meo sane intelligendum est. Dum huiusmodi homines reges appellant veteres. Nam cum in cathalogo regum non reperiantur existimandum est eos de stirpe regia fuisse in aliqua regni portiunculam tenuisse et appellatos reges magis ob decus stirpis quam ob possessum a talibus regnum. Ex quibus Thalaonem hunc et Aphionem et Iasium puto.

De euridice thalaonis filia et amphiarai coniuge

Euridices ut asserit Theodontius fuit filia Thalaonis et Amphiarao vati iuncta coniugio cui peperit Amphilocum et Almeonem. Cumque Adrastus Pollinicis generi sui causam adversus Ethioclem et Thebanos suscepisset bellumque pararet. Vidissetque Amphiaraus oraculi visu se non rediturum si iret in bellum latibulum petiit uxorique sue tamen suas patefecit latebras. Cum cum ab Adrasto aliisque quereretur nec comperiretur usquam. Contigit ut videret Euridices arg(?)

Lactancius

fabula danes a Ione visi in auro pressa

Leoncius

Homerus

theodontius

Theodontius

coniugi pollinicis monile quonda a vulcano do
natum hermioni coniugi cadmi illud qz desidarz
diceret qz argie si monile illud illi concederet se
ostensura amphiaraum et sic factu e Qua
obrem in bellu vadens Amphiara9 a terra ab
sorptus est. Euridices aut postea ab almeo
ne filio cu vadens amphiaraus vindicta sue
mortis iniuxerat occisa e

De flegeo filio thalaonis

Flegeus ut d[icit] theodonti9 filius fuit tha
laonis moriens nil memoratu dignu
reliquit

De Adrasto rege filio thalaonis qui ge nuit deyphilem et argiam

Lactanci9 Adrastus argiuoru rex ut ait lactanci9
fuit fili9 thalaonis et eurimones Cui
cu due eent filie deyphiles et argia audissz
qz ab oraculo se nuptum daturu alteram apro
alteram leoni circa futuru infortuniu filiaz
afflictabatur Et ecce casu factu e ut polli
nices thebanus ex composito exul in tepesta
notte argos appelleret ymbres qz fugiens
regiam subintret porticu nec mora et ty
deus ob homicidiu calidonia fugiens ibide
deueniret et in certamen post iurgiu hospicij ca
usa surgerent Quaobrem patris rex senex ad
iustus ad eos descendit et verbis et auctori
tate sua innicem inat composit eos qz deduxit
in regia Et cu vidisset alteru pelle leonis
tectu pollinicem s[cilicet] qui regius iuuenis in sign[um]
istud in testioniu virtutis thebani herculis
ferebat Et alteru cute apri qui ob occisu a
meleagro patruo apro in dec9 prolis ea tec
tus incedebat responsi ambiguitate itellec
ta cognouit hos sibi generos ee transmissos
Quos post qz nonit affinitate cotentus ti
deo deiphilem et pollinici argiam dedit v
xores Et cum inxta promissu regnu ab e
thyocle pollinici non restitueretur coniunctis
viribz aduersus thebanos bellu mouit
Et cu iam duces oms sine morte occubu
isset cecidissent qz mutuis vulneribz polli
nices et ethiocles ipe in fugam versus re
petijt argos nec quis illi fuit fis inuenio

De deiphile adrasti filia et coniuge thidei

Deyphiles ut dicit stati9 filia fuit ad
rasti regis et coniux thidei calidonij
cui peperit diomedem

De argia adrasti filia et coniuge pollinicis

Stati9 Argia s[ecundu]m statiu adrasti regis fuit
filia et pollinicis coniux q cu illi pepe
risset thesandru audisset qz eum a fre occi
sum ab argis et thebas veniens ut extremas
lacrimas et offi[ciu]m funerale cadaueri uiri i
penderet eo qz id faceret adusus imperiu con
tis vna cu antigona pollinicis sorore capta
et iussu creontis occisa est

De agenore tertio beli prisci filio qui genuit septe filios Quoru prima taygeta secundus polidorus terti9 phylix quartus phenix quinta Europa vj. cadmus vij. labdacus

Post explicitas successiones danai et
egipti filij beli prisci ad ampliorem
plem agenoris phenicu regis eiusde beli
filij ut thodonti9 dicit et paulus stilus re
uocand9 est. Et esto a predictis dicat qz hic
agenor fuit beli fili9 sunt tn qui dicant
eu beli fuisse filiu s[ed] no egiptij quymo phe
nicis auu qz huius agenoris. Agenore etia
nuncupatu. eiusqz agenore primu Nina
apud assirios regnante cu ingenti multi
tudine peste coactu patrias sedes quas ct ex
mam meridionalem egiptu habuerat liquisse
et duce pertinacois mylo in lit9 syriacum de
uenisse nambz et illud prius veteribz in
colis occupasse. ibiqz regnasse sibi qz beli
filiu successore liquisse que huius agenoris
patre uoluit Alij vo nepotem ex phenice
filio ex quibz coprehendi pt a similitudine nois
et forsan tpis exortu errore ut qui beli siri
aci fili9 fuit credit9 beli egiptiaci. s[ed] ex q
cuiqz belo natus sit meus in est hic theo
donti et pauli opinione sequi cu de superiori
no sat certus appeat autor hunc igit dicunt
ex egipto in lit9 siriu abiisse et phenicibz
imperasse et amplissima atqz generosa prole
claruisse

De taygeta agenoris prima filia

Taygetam dicit ditis cretens[is] age
noris fuisse filia eamqz iovi pla
cuisse et in eius venisse concubitu Et cum
cepisset lacedemone peperisse dato sic qui
eu ex semele natu dicant

De polidoro secundo agenoris filio

Polidorus ut testat[ur] lactanci9 filius
fuit agenoris de quo preter nudu no
men nil puto esto theodonti9 de isto leuem
faciat mencionem s[ed] longe antiquiorem
isto agenore illu dicit

De cilice tertio agenoris q[ui] genuit lapsacum pigmalione et pyrodem

Cilix s[ecundu]m lactanciu filius fuit age
noris hunc dicit theodonti9 hoiem
acris ingenij et robusti corporis fuisse
et cu superiores sibi fres spernetur De-

successione regum etiam desparet vilipenso
superiorum iugo parte copiarum sumpta sedes haud
longe a suis sibi occupavit et regione a suo
nomine ciliciam nuncupavit ibique duos filios sup-
stites reliquit lampsatium scilicet et pigmaleonem
Sunt qui dicant phiniciam hanc a cadmo occu-
patam antequam quesitum europam mitteretur a pre-
eaque postea a cilice possessam cadmo non
redeunte

De lampsacio cilicis filio

Lampsatius ut dicit theodontius et post
eum paulus filius fuit cilicis eique suc-
cessit in regno nec ex eo aliud ultimus invenitur

De pygmalione primo cilicis filio et cipriorum rege qui genuit paphum

Pigmalion ut dicit theodoncius filius fuit
cilicis de quo refert quod cum iuvenis esset
et gesta maiorum suorum quos ad occiduum usque
penetrasse et affricum litus etiam occupasse
audierat infestaret collecta cilicum manu et no-
tatis ex phenicibus classeque parata in ciprum
tunc segnissime regum transfuerit exercitum et inde
reges suos qui ibidem agenoris vetustissimum vi-
ribus ex antiquis pulsi sedibus confugerant ex-
pulit et occupavit omnem atque tenuit in-
sulam et regnavit in ea. Saneque et testatur ouidius
ouidius in maiori volumine cum ibi scelestissimas
comperisset mulieres et omnino libidini obsequentes
vicio offensus vitam celibem ducere dispo-
suerat. Attamen quod valebat ingenio et ar-
tificiosas habebat manus finxere poete eum sibi
ex candidissimo ebore femineam sculpsisse y-
maginem eamque in suo desiderium sinu lineamentis
atque decore oris contraxisse per omnia. In qua
cum ingeniosus homo et artem miraretur suam
et venustate ymaginis commendaret in dilec-
tione eius incidit et ferme mario cupiebat
eam esse feminam oravitque venerem ea tempes-
tate celeberrimam insule deam ut animaret e-
and et suorum faceret amorum sensibilem nec effec-
tu caruisse preces feria vera facta est. Quod adnertens
pigmalion gaudio plenus qui noti compos
esset eius usus est concubitu et euestigio gra-
vida facta est eique peperit filium quem paphum
ipse postea nominavit eumque sibi morienti reli-
quit heredem. Nunc quid sibi eburnea ve-
lit ymago ingenio potius poetico quam miri
artificiosa fabrefacta videndum est. Arbitror
n. cum pigmalioni suspecta iuvencularum etate
virginum pudicicia esset eum sibi virgincu-
lam elegisse etate suspicione carente can-
dore atque mollicie ebori similem quam cum

suis aptam fecisset moribus evenit ante e-
tatem puelle concupiscentiam eius cepit quod desiderare
atque exposcere patribus ut cito efficeretur matura viro
qua tandem facta in notum devenit sinum

De papho pigmalionis filio qui genuit cinaram

Paphus ut dicit theodotius filius fuit
pigmalionis ex eburnea matre. Qui
cum pigmalioni successisset in regno ciprum in-
sulam paphum ex suo nomine nominavit. Paulus autem
dicit paphum opidum ab eo tamen constructum et
de suo nomine nominatum. Quod quidem veneri sacrum
esse voluit constructo in eodem illi templo et ara
cum thure solo deum sacrificatum est

De Cynara filio paphi qui genuit mirram et ex mirra adonem

Cinara fuit filius paphi prout ostendit ouidius
Ovidius dum dicit Editus hac ille qui
si sine prole fuisset inter felices cinaras potu-
isset haberi. Est autem hic alius ab illo cinara
qui assiriorum rex dicitur in lapidem versus
flendo infortunia filiorum. Ex hoc autem cina-
ra cipro preter scelus unum nil habemus. Nam ut
ipse recitat ouidius. huic ex coniuge filia fuit
nomine mirra que cum formosa esset ac esset matura Myrra filia cinare
viro preter debitum patrem amavit et nutricis sue
ope dum mater eius sacra cereris celebraret in quibus
oportebat per novem dies a contactu viri abstinere
eius concubitu potita est in quo pregnans effecta il-
li adon filius natus est

De mirra filia cinare et matre adonis

Mirra ut supra patet cinare regis filiam
dicit fuisse ouidius et cum eo nephasto
adamasset amore ope nutricis sue eius incognita
habuisse concubitum fulgencius tamen dicit eam cinis fulgencius
cinaram postquam illum ebrium fecisset habuisse concu-
bitum. Que ex nephario concubitu pregnans facta
cum illam vellet noscere cinaram novisset quod
filia dolore percitus eam sequtus occidere voluit.
Quidam dicunt eam in sabeos fugisse ad quos
usque sequtus cinara cum illa gladio periisset
ex vulnere conceptum filium eruppisse. Ovidius
tamen dicit eam miseratione deorum apud sabe-
os in arborem sui nominis versam et calore solis
apto cortice filium emisisse quem nymphe
liquoribus matris unxere. Figmento huic
arbitror causam dedisse nomen arboris que apud
sabeos vocatur mirra guttas emittens solis
percussa radiis ex quibus pigmentum conficitur
quod adon vocant quod latine suave sonat. Est
enim suavissimi odoris et ut videtur velle pe- petronius
tronius arbiter plurimum libidini conferens adeo ut
asserat se ad libidinis incrementum myrrinum

fulgentius potasse poculum deorum fulgentius vt in pluribus longe altius sentiens circa hoc dicit. Mirra arbo rem in india esse solis caloribus cremari et quia solem patrem omnium rerum dicebant ideo patrem mirram amasse dixerunt et cum sol feruentius illam calle faceret eam ragas ex imme corticis emittere et sic a patre vulnerata adonem id est suauitatem odoris emisisse

De Adone filio et nepote Cynare

Adonem emisisse dixerunt Cynare regis a in sui et mirre sororis fuit filius vt longo carmine in maiori volumine testatur Ovidius de quo talem ipse ibidem recitat fabulam. Dicit enim quod cum formosissimus euasisset iuuenis a venere tamen percussa a filio summe dilectus est quod dum illum maxima delectatione sua per siluas sequeretur et nemora eumque vteretur amplexibus sepius eum monuit vt sibi ab animalis beluis caueret et sequeretur inermes verum die quadam mali verborum venus memor in aprum iruens ab eo occisus est quem venus fleuit amare et in florem conuertit purpureum. *macrobius* Hoc figmentum macrobius in libro saturnaliorum conatur enodare mirabili ratione dicit enim adonem solem esse quo nil pulcrius et eam terre partem quam inhabitamus superius scilicet hemisperium venerem esse cum quo in inferiori est vel inferiori hemisperio a phisicis proserpina appellata sit et sic apud assirios et phenices quos penes et veneris et adonis fuit religio ingens tunc venus cum adone a se dilecto delectatur cum circa superius hemisperium sol ampliori circumflectitur abitu et inde ornatior quia flores frondes et fructus eo tempore terra producit dum vero minores circumducit circulos de necessitate maiores apud inferius hemisperium agit et sic antipodibus et hiemps imbribus assiduis terram decore suo priuatam lutosam faciunt quo aper qui hispidum animal est delectatur et sic ab apro id est ab ea temporis qualitate qua delectatur aper adon id est sol terre id est veneri sublatus videtur et inde venus luctuosa efficitur. Quod autem sit adon transformatus in florem ob id fictum puto vt nil decoris breuitas ostendatur. mane quidem purpureus est. sero languens pallens ac marcidus efficitur sic et humana humanitas mane id est iuuentutis tempore florens et splendida est. Sero autem id est senectute eius pallentius et in tenebras mortis ruimus. *macrobius tullius* Sane quicquid assyrii sentiat vel macrobius historia tamen videtur sentire et tullius testatur vbi de natis deorum venerem fuisse syria cipro conceptam id est ex syrio homine et cipria muliere quam astarte vocauit sunt eandem adonem nupsisse et vt dicit lactantius in libro diuinarum institutionum in sacra historia continetur hanc meretriciam instituisse artem et stuprum mulieribus suasisse et vt vulgato corpore questum facerent. Et hoc ideo dicit imperasse ne sola preter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur ex quo consecutum est et longis perseueratum temporibus vt phenices de prostitucione filiarum donaret antequam eas iungerent viris vt in libro de ciuitate dei testatur augustinus et Iustinus in epithoma pompei trogi vbi didonem lxx virgines in litore ciprio que in questum veneriant rapuisse demonstrat. Fuit igitur adon rex cipri et veneris maritus quem ego etiam seu ab apro seu ab alia nece veneri subtractum reor eo quod ad imitacionem lacrimarum eius veteres anniuersario plangore consueuerunt adonis interitum flere quod in suis visionibus increpat ysaias. *lactantius* *augustinus Iustinus* *dido* *ysaias propheta*

De pirode cilicis filio

Pirodes vt plinius asserit in libro naturalis historie filius fuit cilicis ex quo et si nil aliud habeamus eodem plinio teste saltem habemus eundem primo ignem ex silice excussisse.

De phenice quarto agenoris filio qui genuit philistenem et Belum

Phenix vt dicit lactancius filius fuit agenoris hunc dicit eusebius in libro temporum regnante argiuis danao vna cum cadmo fratre a thebis egiptiis venisse in siriam et apud tirum et sidonem imperasse. Quod quidem fuisse potuit circa annum mundi iii^m dcc lxxxiiii vel circa hic tamen aduentum in siriam post paululum alibi dicit cum anno primo linthei regis bithinia condidisse que prius mariadna vocabatur quod fuit anno mundi iii^m dcc xl lxxxviii huius tamen aduentum in siriam non conuenit cum dictis superius vbi de agenore a theodontio et etiam ab ouidio discrepat qui videtur velle agenorem venisse non phenicem cum cadmum iussum ad perquirendam europam ab agenore non a phenice describat. Sed hac ego varietates vltro concordare volentibus linquam et de phenice quid comperimus prosequar. Hunc autem artificiosum fuisse hominem ostendit Eusebius eo quod primus quasdam licteras seu licterarum caracteres phenicibus dederit eisdemque ad scribendum eas instituisse vermiculum vnde et color ille phenicens dictus est credo ab inuentore qui postea littera mutata est puniceus appellatus. *lactantius eusebius* *virgil*

De philistene filio phenicis qui genuit

Philistene dicit Sycenum theodontius filium fuisse phenicis

cum esset Herculis sacerdos qui per sanctissime
a phenicibus colebatur. Videtur quod phenice patre
mortuo Belum fratrem natu maiorem regnare
relicto Siceo filio sacerdotio et copiarum parte
sumpta naves conscendit et post multos ca-
sus cum Herculis columpnas cursum superasset ibidem
in litore occeani sedes assumpsit perpetuas condi-
ta civitate quam Gades vocavere sui et ne sac-
erdotium abdicasse videretur ibidem templum ibidem consti-
tuit Herculi et sacra omnia ritu tyrio innovavit

De Siceo Philistenis filio et Dydonis viro

Siceus secundum Theodontium fuit filius Philiste-
nis cui abeunte patre sacerdotium relictum
est. Ut dixi quod a rege proximus erat honore hunc dicit
fuisse Sycarbam vocatum esto cum Virgilius Siceum
semper vocet. Et Iustinus insuper illum vocat Acerbam
hic autem seu relictis seu aliunde quesitis thesauris
ut Theodontio placet et reliquis copiosus fuit plu-
rimum Belo mortuo Elisam filiam eius accepit uxo-
rem que postea Dido etiam vocata est quam perpetue
dilexit. Verum cum Pygmalion Beli filius patri suc-
cessisset in regno avari animus eius desideratis
divitiis clam illi tetendit insidias et incau-
tum interemit

De Belo Phenicis filio qui genuit Pygmalionem Didonem et Annam

Belus qui et Metres secundum Servium appella-
tus est ut ait Theodontius filius fuit
Phenicis vir bello et armis insignis adeo ut
Cyprios licet Phenicum piraticam infestantes
subigeret. quod Virgilius in persona Didonis pro-
torie tangit dicens Genitor tunc Belus opima
vastabat Cyprum et victor ditione tenebat
etc.

De Pygmalione filio Beli

Pygmalion ut Theodontio placet filius
fuit Beli regis Tyri et patre moriente
ut ait Iustinus una cum sororibus Tyri relictus
est. Cum ad hoc puero populus patrium tradidit
regnum. Hic vero amarissimus cum avidus ad di-
vicias Sicei patruelis sui necasset illum do-
lo interemit hoc solum scelus ex rege isto no-
bis reliquit antiquitas

De Dydone filia Beli coniuge Sichei

Dido perpetuum matronalis pudicitie decus
ut Virgilio placet Beli regis fuit filia
hec insignis forme virginem tunc Belo mor-
tuo Acerbe seu Sycarbe vel Sicheo Herculis
sacerdoti dedere in coniugem. qui ob avariciam
a Pygmalione occisus est hec autem post lo-
nga fletus incendia in sompnis a viro primo
monita sumpto virili animo pluribus ex his quibus
sciebat Pygmalionem exosum clam in suam

suam navium cum divitiis sumptis navibus fugam accepit the-
sauris secum delatis. Et cum in litus devenisset
Affricum ut placet T. Livio intrato ab incolis titus livius
suadentibus ut ibidem sedem sumeret tantum litoris
quantum posset bovino corio occupare. Illud quod
in tenuia redactum et in frustra concisum occupa-
vit plurimum. Et ostensis sociis thesauris eisque
animatis civitatem composuit quam postea vocavere
Carthaginem arcem vero eius a bovino corio quod sic
vocitant Byrsam nuncupavit. Ad hanc accessis-
se Eneam profugum vi tempestatis impulsum et hos-
picio thoroque susceptum ab ea Virgilio placet
eaque discedente a se Enea ob amoris impacien-
ciam occisam. Verum Iustinus et historiographi ve-
teres aliter sentiunt. Dicit enim Iustinus eam a Mu- Iustinus aliter de Didone
sitanorum rege sub belli denuntiatione a princi- dicit quam Virgilius
pibus Carthaginensibus postulatam in coniugem. quod
cum ipsa renuisset et suasione sua se ante ad omnem ca-
sum pro salute patrie dampnasset egre tulit sed trimi-
um petiit inducias que se ad virum promisit ituram
Quam cum venisset constructo ingenti rogo in e-
minentiori civitatis parte quasi Sichei placatura
manes illum conscendit. Et astantibus civibus
atque expectantibus quid nam factura esset ipsa educ-
to quem clam gesserat cultro dixit optimi
cives ut vultis ad virum vado seque hoc modo in-
terimit morte potius eligens quam pudicitiam ma-
culare. Quod ergo longe aliter est a descriptione Maronis

De Anna Beli regis filia

Anna filia fuit Beli ut videtur placere Vir-
gilio qui illam sepissime Didonis sororem
appellat. Hec Didonis fuge comes fuit quam
postquam mortuam vidit et Carthaginem a Iarba
rege occupasset ut Ovidius dicit ubi de Fas- Ovidius
tis ad Battum regem Corise insule aufugit
vetusti hospitii confisa iure. Tandem sentiens
quod Pygmalion arma adversus eam moveret
hanc ob causam a Battho licenciata intravit mare
et tempestate passa ubi Cameren petere inten-
debat in Laurentum litus delata est per quod
dum Eneas iam superato Turno cum Achate spa-
ciando deambularet eo viso fugam cepit tandem
prestita ab Enea fide substitit et ab eo in regiam
deducta. Cuius ob adventum suspicata Lavin-
ia ei tetendit insidias. Verum Anna a Didone
premonita mortis nocte regiam exivit et si
satis prout ex Ovidii verbis concipi in Numicum
flumen sese precipitem dedit. Sane fictor Ovi-
dius ad ulteriora procedens dicit cum postea quere-
retur a querentibus perveniret ad Numicum vi-
sum est illis e flumine vocem audisse dicentem
placidi sum nympha Numici amne perenne

macrobius labens annua perenna vocor post ipsum autem ovidi
us dicit macrobius in libro saturnaliorum aprili
mense publice et privatim sacrificatum
iri ut annare et perennare comode liceat

De europa agenoris quinta filia

Europa filia fuit agenoris ut pro omnibus
patet. Ex qua talis narratur fabu
virgilius la. Quod cum ob formositatem suam summe dilige
retur a Jove ab eodem mercurius missus est eiusque
imperatum ut que dicet armenta in montanis phe
nicum in litus impelleret. Quo cum puellis lu
dere consueverat europa. Quod cum mercurius fecis
set jupiter in candidum taurum transformatus se armen
tis immiscuit hunc cum dicta virgo pulcritudinis
et mansuetudinis eius delectata illum primo tractare
manibus cepit ac inde eius conscendit dorsum
qui paulatim se in undas deducens dum illa
territa et cornibus atque dorso innitente sensit
natans in cretam transtulit ubi in vera redactus
forma ea oppressit et oppressam pregnantem fe
cit. Que illi postea peperit ut nonnullis pla
cet minoem radamantum et sarpedonem. Ipse
vero in eius sempiternam memoriam terciam orbis
partem europam ex eius nomine nuncupavit. Hu
ius fabule figmentum adeo tenui tegitur corti
ce ut facile possit apparere quod velit. Nam in
curium armenta depellentem in litus ego credo
quemdam sua sagacitate alicuius lenonis vir
ginem e civitate in litus deducentem intelli
go seu mercatorem fictum scilicet iocalia ostenso si
navem conscenderet pollicentem. Jovem in taurum
transformatum virginis delatorem iam apud doctiores
eusebius amiculas vulgatum est navem fuisse cui erat
insigne albus taurus qua quacumque fraude
conscensa a virgine illico remigantium opere
factum est ut deferretur in cretam ubi Jovi a
principio iuncta est. Seu secundum eusebium in libro temporum
asterio regi ex quo ipse supradictos filios asserit
augustinus procreatos. Augustino tamen placet huic non
asterum sed xantum appellatum fuisse. Discre
pant insuper de tempore huius rapine plurimi aucto
res cum sint ut eusebius refert qui dicant
Jovem anno danai regis argivorum xl europe
mixtum eamque postea asterium cretensium
regem in coniugem assumpsisse qui annus est mun
di iii^m dcc lxiv. Alii vero dicunt eam a
cretensibus raptam regnante argis acrisio
qui annus mundi iii^m dcc lxxxviii. Quidam
autem volunt eam raptam pandione athenis
regnante anno scilicet mundi iii^m dcccc xvi. Quod
quidem tempus magis convenire eis qui de minoe eius
de europe filio legunt huius irracionis ergo iam

ex ere a pictagora tarenti posita dicit varro
varro ubi de origine lingue latine

De cadmo agenoris sexto filio qui genuit Semelem agavem autonoem et yonem

Cadmus antiquorum omnium vulgata
fama fuit filius agenoris quem
una cum phenice fratre a thebis egiptiorum ve
nisse anno danai argivorum regis xvii.
et apud tyrum et sydonem regnasse scri
bit eusebius in libro temporum cum ut etiam patet
longe ante ibidem venit agenor peste pulsus
a quo agenore premium horum nonnulli volunt
duxisse originem. Quam eusebius post hec
scribit anno regni lincei xvi cadmum arme
niam occupasse quod a cilice fratre suo memo
ravimus hic tamen ut scribit ovidius. Cum ra
puisset iupiter europam ad ipsius perquisiti
onem ab agenore patre missus est. Hac ei in
ovidius dicta lege ne absque ea rediret in patriam
Quam sumptus sortis cum quorsum quereret i
gnoraret novas sibi acquirere sedes statuit
Et cum haut longe a parnaso appolinis
oraculum consuluit et habito responso ut bovem
sequeretur indomitam et ibidem ubi consisteret
sedes assumeret qui indestinatum sibi locum
ductus acquievit et regione a bove vocata
boecia civitatem fundamenta iecit eamque ab
antiquis thebis egiptiis ex quibus prede
cessores eius advenerat thebas appellavit
Sane ut dicit ovidius dum vellet sacrum conficere
et ex sociis quosdam misisset ut aquam affer
rent nec redirent eos secutus comperit a ser
pente ingenti devoratos. Qui cum spectaret
audivit quod et ipse serpens inspiceret eo tandem
occiso monitu supero dentes illi evulsit
ac seruit et repente homines in armis exor
ti sunt et plurimi inter se invicem pugnantes
palefatus sit et plures invicem ferire spectante cadi
mo nec ante cessavit pugna quam quinque tantum sup
stites remanerent. Quam inita pace sese
impere cadmo et cepto operi adiutorium pres
titere. Palefatus insuper scribit eum spinctum
palefatus habuisse coniugem eandemque prepter zelum
hermione ab eo discessisse et adversus
cadmeios bellum misse. Sunt preterea qui
volunt eum fetus ypocrene fonte sedentem
atque meditantem xvi litterarum caracteres
advenisse quibus postea omnis grecia v
sa est. Sic et plinius in libro naturalis histo
plinius rie dicit eum apud thebas lapicidinas i
nvenisse et auri metallorum quoque conflaturam
dato theofrastus eum dicat hec apud phe
theofrastus nices egisse verum longe post designatum

Cadmus grecarum litterarum
figuras invenit

tempore namque quo Eusebius de eo scribit fuit circa annum mun
di iiii^m dcc xxv hoc autem circa annos iiii^m dcccc
xxxviii Inde dicit Ovidius fuisse sibi coniugem
Hermionem martis et veneris filiam Ex qua con
stat quatuor genuisse filias eidemque Hermi
oni a vulcano inclito exitiale monile con
cessum Post hec autem cum plurima ex nepotibus et
filiabus evenisset infortunia ipse iam senex ab
amphione et zetho pulsus in yllirios abiit
et ibi miseratione deorum in serpentes ipse et
Hermiona versi sunt Huius hystoria fabu
losa aliqua habet immixta quorum inde sensus sic
est. Serpentem igitur marti sacrum ego senem
hominem atque prudentem olim armigerum et belli
cosum intelligo verbis suis et promictationibus
cadmi socios detinentem cuius consilio quos ego
potentes assumo in incolas seminata dis
cordia est qui adversus eum spinge impulsu in
surrexerant Et quia repente surgentes adversum se ar
mis in pugna venerunt quorum principes attri
tae de popularibus cum cadmo in concordia deve
nere et ex incolis atque forensibus unum fecere po
pulum Quod autem ipse exul cum coniuge in serpentes es
sent factus sic eos designat fuisse esse longevos
prudentes enim serpentum more sunt senes et rerum
experientia tanti et etate annosi et si in eum
impulerit et subsidia desint instar serpentum
curvo incedunt pectore. De tempore tamen regni
huius est discordes sunt veteres. Dicit enim euse
bius in libro temporum anno regni abantis re
gis argivorum viii. qui fuit mundi annus iiii^m
dcccc xxxviii. cadmum ab amphione et zetho regno
pulsum Nec multum post dicit regnante ar
expoſitos paſtor quidem pro ſuis aluit. Qui
cum adoleviſſent a matre cogniti et ſui generis
certiores facti facile in dircem irritati ſunt
et in matris ultionem ſurgentes licum occidunt
regem et dircem tauro indomito alliga
runt qui dum eam traheret miſeratione deorum auxi
lium implorantis quorum ſubſidio in fontem
ſui nominis haud longe a thebis mutata eſt et
ſic veneris ſaciavit iram. Quod autem hec hiſtoria
fabuloſum eſt explicabitur facile. Anthiopam
a Jove tempore partus liberatam a carcere dicit theo
doncius id fictum quia non videret dirci ob timendum
anthiope uterum ſatis ſui adulterii teſtimonium
apparere et ob id eam viro arbitraretur odioſam
merito ultro eam reliquit. Dirce autem mutata
in fonte ſatis comprehendi potest tamen ob proditum
regnum quod ob ſupplicium illati penam eam in
multas ſoluta lacrimas fuiſſe autem ſolis
filiam idcirco quia aut ſic de facto fuit cum a
licinis inſignis viri ſit nominati fuiſſe filiam
aut ob inſignem eius pulcritudinem ſolis

De hanibale et penis memoriam facit quod cap
uanos delitii fecit [illegible]

Fulgencius

filiam nocitatem

De Mileto solis sexto filio qui genuit Caunum et biblidem

Miletus ut testatur ovidius solis fuit filius theodontius autem dicit istum solis et rhodi filium et pasiphis fuisse fratrem hunc tamen in minoem senem volentem insurgere bello prohibuit Jupiter quod ob tamen in lesbon abiit et ibi civitatem quam miltenem ex suo nomine dixit construxit. verum postea mutatis litteris ex militene mitilena dicta est. post hec cum cyane nympha meandri fluminis filia se iunxit et ex ea suscepit filios duos Caunum scilicet et biblidem

De caunio et biblide filiis mileti

Caunus et biblis filii fuerunt mileti ex cyane nympha suscepti ut testatur ovidius dicens. hic tibi dum sequitur patrium curvamina ripe filia meandri toties redeuntis eadem Cognita cyane prestanti corpore nympha biblida cum caunio prolem est enixa gemellam et cetera. Et quamvis preter nomen ambobus de eis legi de ambobus scribe invenire nisi est legitur ergo caunum speciosissimum fuisse Juvenem et a biblide sorore in infausto amore dilectum. Veniens in pleem solis inita agente sane cum biblis sui flamas excecande libidinis detexisset ipse aspernatus detestandam sororis concupiscenciam fugam sumpsit inque peregrina pomit nova menia terris infelix autem biblis confestim secuta est eum. Et postquam cana liciaque et lelegas peragravit labore atque dolore vita concedit. Et in spreta se se dedit in lacrimas ex quo factum est ut in fontem nayadum beneficio versa verteretur ut dicit ovidius Sic lacrimis consumpta suis phebeia biblis vertitur in fontem qui nunc quoque vallibus illis Nomen habet domine nigra que sub ilice manat et cetera. figmentum autem satis patet quia a fletu continuo fons lacrimis manans versa est.

De phasiphe vii solis et minoi coniuge

Pasiphes solis fuit filia ut seneca poete tragedia perhibetur carmine asserentis in tragedia ypoliti. Quod ille verbis liminis insimulans sui matris pares et cetera verba quidem mictis fuit loquentis ad insana amore ypoliti phedra pasiphe filia Theodontius autem dicit non fuisse filia solis yperionis sed rhodi fuit hec minois crete sole regis coniux et dictante minos bello adversus megarenses et athenienses ob occisum Androgeum filium ab irata venere in sobole solis infausti amoris flamas suscepit

amavit quoque speciosissimum taurum in cuius concubitum dedali artificio venisse dicitur et ex eo suscepit quem medium hominem mediumque taurum peperit. Filii non aliam amoris huius causam describunt dicentes quod cum orasset minos in bellum progressurus patrem ut dignam se sacrificaturo sibi prepararet hostiam continuo illi preparatus est taurus formositate cuius captus minos illum armentis suis duce prefecit alio consecrato ex quo iratus Jupiter egit ut illo absente reservatum diligeret a coniuge Et hunc voluit minoem ob commissum facinus non ausum in coniuge sevire. Quidam autem pasiphes filia hominis ex tauro concepit vult enim taurum hunc scribam minois fuisse sic nominatum eumque in domo dedali cum pasiphe coisse et filium ex ea suscepisse et tandem geminos peperisse quorum alterum ex minoe conceptum notis apparebat Alterum vero ex tauro est que Judicantibus insignis Et cum de secundo non esset certa fides nomine ad utrumque spectante parentem minotaurus scilicet imposito emittitur est Ergo autem longe altiore sensum sub hac fabula tegi reor. Existimo quidem voluisse veteres ostendere qualiter vicium bestialitatis causaretur in nobis hac ratione pasiphem speciosissimam feminam et solis filiam credo animam nostram veri solis id est dei omnipotentis a quo creata est filia omni pulcritudine innocencie splendida hec coniux efficitur minois regis legum latoris id est racionem humane ingenium que suis legibus eam ut regere atque in rectum iter dirigere hunc nimicatur venus id est appetitus concupiscibilis qui sensualitati adherens semper racionis est hostis. Cum si adheserit anima a racione separetur necesse est si quo semota facile a blandiciis et suasionibus carnis se trahi permittit et sic perpetrare se sit in concupiscencia tauri a Jove dati ut sibi ex eo minos sacrum conficiat. Quem ergo taurum sentio mundi huius delicias prima facie pulcras et delectabiles ad racionem concessas ut ex eis moderamine certo vite nostre oportuna ministret Nam dum hiis debite utimur vite ex eis deo sacrum conficimus. Sane dum eis iudicium sensualitatis sequentes abutimur aut abuti desideramus in bestiale concupiscentia devenimus et tauro tunc obscene anima iungitur in lignea vacca dum artificio ingenii criminalibus preter nature legis iungimur Et sic ex appetitu illecebri et adepcione nepharie voluptatis causatur et nascitur minotaurus id est bestialitatis vicium huius autem minotauri

hominis et tauri formam esse finxere eo quod tales in
eo laborantes intuitu primo videntur homines si
opera aut presertim et abscondita introrsum
desideria tales esse bestias cognoscemus. Clau
ditur autem hic laberinto tanti circuitionum pli
cis implicito et hoc ideo quia fortissimum atque fe
rocissimum et furiosum esset animal. In quo osten
ditur cum humano pectori infandis desideriis
incitato, et quod eo impellente forte atque ima
ne presertim animum dum infaustum aliquid aude
mus quod nunc per noto perficiamus confestim in fu
riam declinamus. Hic insuper a theseo ab
adriana perdocto occiditur, id est a prudenti viro
cuius utilitas quam per adrianam accipio eo
quod andros grece vir sonet latine ostendet de
testabile tam scelesti vicio subiacere, et
quibus armis esset conficiendum sit.

De oetha colcorum rege solis filio viii° qui genuit medeam, absirtum et calciopem

Oeta colcorum rex ut homerus in odissea
testatur solis fuit filius, et perse filie
occeani. Tullius autem ubi de naturis deorum eum
ex asterie sorore latone susceptum dicat quam
asterie videtur. Idem tullius dicere ab eo occi
sa dicit eum sit. Quid medee videbis quod duo
bus avis sole et occeano et patre mirtada procre
ata est. Hunc eorum ea tempestate fuisse
regem testatur antiquitas cum per maximum
illud regnum fuisse describat seneca tragedus
in tragedia medee. Ad hunc noverales
insidias fugiens venerit frixus athamantis
filius cum aureo vellere, quod sibi fatale ab ora
culo sentiens oeta diligentissime servabat
ne eo perdito privaretur regno. Verum tamen a iaso
ne spoliatus est et regno pulsus, verum iam
senex ab eodem in regnum reductus est. Dicit
theodontius hunc oeta non fuisse filium solis
yperionis sed eius qui apud colcos maximus
fuit et regnavit ibidem.

De medea oete regis filia et Jasonis coniuge

Medea oete regis fuit filia ex ipsea
coniuge ut satis patet per ovidii car
men dicentis, non erat oetes ad quem despecta
rediret, non ipsea parens et cetera. Huius medee
grandis recitatur historia quamquam fabulis mix
ta. Ait enim ii° anno alia quam ex appolonio sumptum
est qui de argonautis librum scripsit, Jasonem
a pelea patruo missum colcos venisse et co
miter ab oeta susceptum medee virginem pla
cuisse in quam venus irata uti in ceteram
solis prolem omnis a filio amatorias inici fla
mas fecit. Que amans cum pericula nosceret
dicta iuvenis euntis ad vellus aureum assu
mendum iuncta eius lata sub coniugii sponsione
eum docuit quo pacto illud absque periculo posset
surripere eoque surrepto una secum fugam ar
ripuit. Traxitque fuge comitem absirtum seu
egialeum parvulum fratrem. Quos cum sequeretur
oeta ut eis spacium fuge prestaretur in insula
que in faucibus phasis a scelere ab ea perpetrato
thomitania exilio ovidii nasonis postea no
bilitata per quam oportebat oetam sequentem
transitum facere puerum absirtum obtruncavit ac
titulatimque divisum passim per agros disiecit,
ut patrem sisteret ad colligenda filii membra.
Nec premeditatio fefellit infausta. Nam
sic factum est dum quod orbatus pater flens membra
colligit nati et funeralia paravit abiit il
la cum raptore. Et post longas formido contra
ctiones in thesaliam venit, ubi precibus
Jasonis esonem patrem annositate decrepitum
in robustiorem retraxit etatem. Et cum iaso
ni duos filios peperisset ysipelis morte suas
filias armavit. Tandem quidem contingit ex eo factum
sit a jasone abdicata est et creusa creontis
regis corinthiorum filia desponsata. Quod dum cum e
xtimine ferret excogitata malitia filios
suos qui ad placanda sibi noverca cum donis
in scrineolo clausis misit, quod a creusa no
vicam aptum est quod per omnem regiam flama evo
lavit ingens a qua cum ipsa creusa regia
omnis consumpta est. Cum iam prius premoniti eva
sissent. Verum tamen in eam irruiturus iason irruis
set sumpturus ex tam impio facinore
penas conidente curru feria filios trucidavit
in ostios et maleficiis suis sublata athe
nas abiit ubi egeo iam senescenti coniugio
iuncta peperit ei filium quoque a se medum vo
cavit. Sane cum theseo redeunti ex longinqua
atque diutina expeditione ab egeo incognito
post emissum manibus venenatum prebuisset poculum
et illud idem ab egeo filio iam cognito sub
latum vidisset fuga thesei evitavit iram.
Et tandem nescio quo pacto iasoni reconcili
ata una secum in colcos rediit premensque se
nem et exulem jasonis viribus in regnum re
stituit. Ceterum gaius celius ut ubi de mirabi
libus mundi rescripsit solinus dicat eam a jasone — gaius celius Solinus
vivente sepultam et medum eius filium imperasse
marsis populis italie. Hiis ergo ornata
facinoribus medea locum apud grecos primo
qui melius eam cognovisse debuerant deum
apud romanos cepit ut pro dea susciperetur atque
sacris honoraretur ab eis ut liquido testatur
macrobius. Ego autem huius in historia fictiones

intexte sunt ubi de eusone et pelia et iasone
scribetur quem ad eos spectare videntur passim in
opusculo videbit aspiciens. **De absirthio et**
calciope filiis oete

Absirthius et calciopes frater et soror filii
fuerunt oete regis colcorum. Nam de ab-
tullius — sirthio testatur tullius in libro de natura deorum
dicens. Quid huius scilicet medee absirthio fratri
qui est apud pacuuium eiulans et cetera. De cal-
ouidius — ciope autem dicit ouidius in epistolis Non erat
oetes ad quem despecta redirem Non ipsa parens
calciopes que soror et cetera. De hac calciope nil
aliud legi reperiri nisi quod omnino fuit frisi et
que peperit cito(ro)rum filium de absirthio autem seu e-
gialeo iam superdictum est qualiter a sorore sit
cesus a quo sunt qui dicant flumen illud col-
corum absirthium de pueri nomine nuncupatum

De cirche solis filia

homerus — Circes malefica mulier ut homerus
testatur in odissea filia fuit solis et
perse. Qua non autem pacto colcos reliquerit
et in italiam venerit nusquam legi. Constat tamen
eam habitasse haud longe a caieta campanie
civitate in quodam monte olim insula quem
circhens ab ea in hodiernum usque diem dicitur et
circa que adhuc aiunt incole rugire leo-
nes feras que alias quas ex hominibus cantato
virgilius — carmine fecit. De hac autem sic scribit virgilius
dicens in eneidos ubi solis filia lucos assi-
duo resonat cantu tectisque superbis urit
odoratam nocturna in lumina cedrum argute
tenues percurrens pectine telas. Hinc exau-
diri gemitus ireque leonum vincla recusan-
tum et sera sub nocte rudentum setigerique
sues atque in presepibus ursi. Sevire ac forme
magnorum ululare luporum. Quos hominum ex fa-
cie dea seva potentibus herbis induerat cir-
ce in vultus ac terga ferarum et cetera. Homerus
autem in odissea dicit ulixem errantem cum so-
ciis ad hanc devenisse. Et cum socios eius omnes
mutasset, infectis cum a mercurio prodoctum mu-
tare non potuisse quinymo ab eo coactam socios
eius omnes in homines reformasse cumque per annum
ibidem tenuisse ac peperisse ei theologonum fili-
um. Et nonnulli superaddunt latinum lavre-
tum postea regem. Et demum cum prodoctum
multis dimisisse. Constat preterea de hac om-
ouidius — dius quod amavit glaucum marinum deum. Et
quia ipse scillam nympham amaret zelo percita
ta fonte in quo nympha lavari consueverat
infecisse venenis quamobrem dum illum in-
trasset nympha repente a marinis canibus
usque ad inguina absorpta in marinum mon-
strum versa est. Insuper dicit quod a pico rege spreta
eo quod pomonam amaret eum in avem
sui nominis transformasse. Nunc autem quid sub
huius fictionibus sentiendum sit videamus.
Theodontius homo rerum solertissimus indagator — theodontius
dicit hanc solis yperionis filiam non fuisse
sed eius qui apud colcos regnasse creditur
Sed id huius credita quod ut dicit servius for-
mosissima fuit mulier et meretrix famo-
sa quod contigisse fingunt ob veneris odium
in prolem solis de quo odio inferius patebit
ubi de venere. Audiri feras mugientes in
circuitu montis est quia cum sint ingentia atque
prerupta saxa rupes et caverne quarum
mons circundatus est maris unde ventorum im-
petu efferuntur et demum retrahuntur et superne
mentibus illiduntur. Et hinc infringuntur
fit de necessitate rumor dissonus et nunc
mugitu nunc rugitu similis et hinc se fin-
gunt audire leones apros que. Quod autem herbis
aut et cantato carmine in belluas homines
transformaret hoc videtur a multis credi posse
magicis illusionibus cum pharaonis magos
ea suis artibus fecisse credamus que faciebat
moyses virtute divina cum homines in archadia
lupos fieri cum apuleium in asinum permutum
Sed ego potius credo hanc formositate sua
multos in dilectionem sui traxisse morales
quem sese ut eius mererentur gratiam quam meretricum
absque pecunia consequi non poterat illecebris va-
riis ut dona portaret instruisse et sic eas
induisse formas quas officiis continuabat
quas ulixes id est prudens homo non induit. Hanc
post hec amasse glaucum id est dein puto quia
sermo quod aliquibus placet et potissime leontio
glaucus idem sonat quod terror et quem terrorem dicit
sit audire mugitus aquarum circa circeum
ut superdictum est et ipse terror ibidem consistat
assidue videtur a circe id est a loco illico circe
cis amari. Quod autem glaucus amavit
scillam ob eandem causam dictum est eo quod apud
scillam idem a mugitu maris sit terror
assiduus. Et sic cum ibi moveretur assidue
videtur scilla diligere. Quod scilla infectis aquis
a marinis canibus usque ad inguina rapta
sit ab effectu sumpsit fictio causam. Est enim
scilla scopulus secus fretum siculum aquis
supereminens adeo ut medius aquas excire
videatur et ab aquis medius occupari et
cum totus sit preruptus et cavernosus et ibi
continue maris cum impetu mare fluat et

Vestiuat diu cauinas illas mirit et demu serv
titulit ad instar canu latrancin sonu emi
tit (c sic scopulus a maris canib3 rapiditat
Q aut ad picu spectant insequentib3 scribet
Ubi de pico Ego aut circe oete fuisse sorore
non credo cu diu an troianu bellu colchida — Theodontius
fuit circes. hec aut contemporanea s3 quecieti
nomi et forsan artiu ex duab3 una fecisse
potuerunt

De angicia solis filia

Angicia seu angeona theodontius dic
circis fuisse sorore c solis filiam et
haud longe ab ea in agro capano morata
s3 meliorib3 artib3 operata de qua no in oib3 — ianus celius
cu eo concordans ianus celius asserit ea cir
this fuisse sororem et vicinia fucini latus
occupasse et ibide salubri scien adusus mor
bos incolis deseruisse quobrem diem clandes
dea ab eisde vita est. Macrobius aut in sa — macrobius
turnaliorum libro hanc angeona dea vocat
dicit q3 illi apud romanos xij kl Januarias
ferias celebrari eiq3 a pontificib3 in satello — Verrius flaccus
volupie sacru fieri. Verrius aut flaccus id
dicit ea angeona appellari q angores ac
solicitudines aiorum propiciata depellat. Addit — masurius
insup masurius simulacru hui dee ore obli
gato atq3 signato in ara volupie collocatu
et ob id q quis suos dolores anxietates q3 — Julius modestus
dissimulat beneficio patientie in maxiam oble
tatione deveniat. Sane Julius modestus huic
sacru fieri dicit eo q populus romanus mor
bi qui angina dicit voto pmissa liberatus
sit. Cur aut solis sit credita aut dicta filia
medendi ars cam dedisse potuit.

De luna yperionis filia

Luna ut ad yperionis plem redea ei de
yperionis fuisse filia c sol sorore vul
gatissimu e de hac vetere multa senserut
illi quippe an alia bigam dixe concessam eo
q adversus patruos cu Jove sensisset. eaq3 — accius
curru uti testat accius poeta in bacchis di
cens Almaq3 curru noctivago phebe etc. — virgilius
Et virgilius Jam q3 dies celo concesserat al — ysidorus
maq3 curru noctivago phebe mediu pul
sabat olimpu etc. hanc bigam dicit ysidorus
ubi de ethimologiis a duob3 equis trahi quoru
alt albus alt nig' est. Eam preterea a — meander
pane archadie deo dilectam dicit meander po
eta et lane candide munere in suos deduxisse — virgilius
concubitus. Qd et virgilius in georgicis asserit
dicens. Munere sic niveo lane si crede dignu
est pan deus archadie captu te luna fefellit

In nemora alta vocans nec tu aspernata vocan
tem etc. Insuper c eam dilectam aut ab endi
mione pastore que dicit primo ab ea repul
su demu postq aliquidiu albos suos pavisset
greges in sua gratiam susceptu Dicit tn tul — tullius
lius eu in lanino seu i latmo Jonie monte
obdormuisse et i sopitus a luna deosculatu
fuisse et q illi filios suscepit nam alcmana lyricus
poeta dicit rore ab ea c aere genitu. Silt
ea multis vocat noib3 ut puta luna lucinam
lucina. dianam proserpina triviam argen
tea phebem cererem Arteniu menam c aliis
S3 quid ex hiis tot intellexerit adiiteud
Cur yperionis dea sit filia dici pt id qd de — no de luna
sole dcm e puto ego illa claritate insigne
fuisse mulierem c ob eius singulare preemineti
am et q solis eet soror luna denoiatam
fuisse ad qua sequentia no spectant quinimo ad
vera luna Et id q adusus titanas iovi fa
vit. i. adusus superbos ob eius complexione frigi
da c humidam dcm est qua multu fumosita
tes hominu reprimit reprimunt. Biga aut ut
dr ad designandu cursu suu diurnu c noct
nu quem longe clarius equorum colores ostendunt
Preterea c humiditate sua germinatia fovet
desup c de subt adiumentu radicib3 mittit. qd
aut ab archade deo dilecta fuit potest forsa
hic talis prestari sensus ut p archade deo su
mat quicunq3 pastor erit. n. archades ut
plimu pastores oms. pastores aut luna amat
i. eius lumine eo q ex illo comodu suscipiat et
ob id ea in silvis noctis vocare consueverunt
ut suos greges p nocte ab insidiis ferarum
facilius caverent Et ob id diu fulgida ueie
bat ei in sacris agnam mactabat candida
Et sic albo vellere capta dicebant. Qd aut
ab endimione dilecta sit dicit fulgentius hoc — fulgentius
posse contingere q endimio pastor fuit qui ut
pastores faciut noctis humore amauit
qua vaporia syderum atq3 ipsius lune i amo
die herbarum succis insudat et inde in pasto
p commoda vertit. Vel alit ait idem fulgentius
q is endimion primu rationem cursus lune inve
nit c obdormisse. xxx. anis dr q stultorum
iudicio meditationi vacantes dormiunt. i.
tps perdunt Seu qui meditacoib3 deditus
e pfecto no aliter q si dormiret immiscet actius
opib3 q de endimione dcm est q nil aliud
eo vivente nisi hunc meditacioni operam da
re perhibetur. uti mnaseas in eo libro quem de — mnaseas
europa scripsit testatur. Qd ergo verum puto n
sit qui longu tpis muret spaciu cu cura

Lib

lune cursu plima remant considanda ut om
andalo — dit venerabilis andalo in sua theorica plane
taru Sz q albos ante greges pauerit id ap
positu credo ut loci sue meditacionis qualitas
ondat qui in culmine montis illius fuit quod
sibi elegit ut posset liber eleuationes assu
me tamq ex expedito loco et motum culmina
et potissime celsa ut plimu consueuerunt esse
nemorosa quas inuet q dm obseruamt pastor
nimei pecoris dens e quod aut a luna oscula
tus sit id fictu reor q sicut amates puel
la amoris munus osculu arbitrant sic et lo
ge meditacionis huius finisse lune compisse
cursu et sic sui amoris videt osculu suscte
lima q d — pisse superest de noibz vide luna alucendo
dictam voluit et maxime du lucet in sero cum
diana q — du mane lucrat voluit appellari diana he
hecates q — cates aut dicta e q centu interpretat in quo
nuo q finitu p infinito positu sic volunt mul
quare trina — tiplicitate eius potencie denotari Trina no
Seneca — nulli esto Seneca poeta triforme dicat in
tragedia ypoliti a triplici suo noie principa
li dictam volunt vocat .n. luna dyana et p
serpina dicunt eam et vocari lucina ut in
oracius q — ode oracius Que lucina plas vocari et que
lucina — parturientum dea vocant Et cur sic dea sic
paulo post dicet argentea aut ob id dicunt
q argentea — q sui sit argentu in tris penetrare seu q
solis respectu qui aureus est videat arge
q phebea — tea phebeam aut id vocant q sepe nona
q arthemia — sit arthemia seu aerotemis attica lingua
Idem e luna id sit dea ut vult macrobius
q arthemis q aerothemis aere secans
luna a parturientibus inuocat q pprium eius e distē
de rimas corporis et meatibus viam dare
quod est ad celebrandos partus salutare ut po
eta thimoteus eleganter expressit Mena
vo dicta e q no numq defectus patit ut puta
quare mena — in eclipsibz et in mena q latine defectu
sonat seu q naliter luce careat et quos hab
radios mutuet a sole uti cetera faciunt
sidera Reliqua aut noia qui ad alias ptinet
deas de quibz singularis in hoc ope mentio
fit ex consulto donec de illis tractetur
omisi

De rore filio lune

Rorem alcmanus liricus poeta lune atque
macrobius — aeris fuisse filium dicit teste macrobio
quod quidem figmentu a natura suptum agente
quidem luna vapores tre humidos nequntes
absente sole consurgere altius frigiditate ae
ris et lune actauti itrunt in tenue aquas
que decidens ros estiuo tpe appellat hyem
vero condensati gelu brumia dicit

De briareo titanis filio

Briareus ab omnibz creditus e titanis
et terre filius que omes fere latini poete
hoste Jouis infestissimum conteptore q deoz
asserunt et ob id apud inferos detrusum no
lunt eum q int monstruosos i uestibulo in
ferni excubias agere scribit virgilius dicens
et centu geminus briareus et belua lerne
etc. Sane homerus eum amicu fuisse iouis
ondit in yliade dicens ὃν ὦκα ἑκατόγχειρον καλέσασ᾽ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων' [approximate reading]
ad elop ev e s na kopo ay nllop op xtid ce i
opkaa eoi 61 of oi apa c e 6 a etapte 6
aic a im potas a yt co tt e 6 a nhpup Cito ce
timanu vocasti in magnu olimpu Quē
briareum vocant dii hoies q terrigena
post eius patrem meliore in quibz carminibus
homerus psimittole tangit fabulam quā
theodoncius paulo latius refert dices quod
commoti dii adusum Jouem Juno s. et neptu
nus vnacum pallade et aliquibz aliis in
domo veteri patris tecludis deliberauerunt
cathena facte et dormienti Joui inice Et
iuncem theentes omes eum e celo eicere q the
tis ioui retulit Et ob id ipse in fauorem
sui in celum briareum euocauit Que cum
vidisset conuiuati eo q fortissimus extima
ret confestim a ceptis destiterunt et sic tutatus
est Jupiter Ex quibz patet briareum amicum
fuisse Jouis . huius aut fabule voles leonci9
aperire sensum aiebat an resolutione chaos
inferiora elementa cum supis discordare
et inmemoris opa misse concordia et alia qui
dam plura ridenda potius q scribenda Theo
doncius at dicit sub hac fabula tenui ve
lo historiam tegi Dicit enim Joue post victo
riam ex titanibz atque gigantibz hitam adeo ela
tum ut impossibilis efficeret amicis Quē
ob cam iuno quirinus et neptunus sup
clam apud insulam nezithos conocatis qui
busdam ex amicis inire consilium ut eum intol
tale timentem e regno pelleret quod cum illi
reuelatum eet ananta consilio Briareum ex
titanis supstite virum et potentissimum ad
hunc hoiem seu potius briarei titanis filium
eodē noie nuncupatum euocauit et cum eo
inito societatis federe coniuratos extruit a
deo ut in eum ulterius penitus auderet Dicus e .n.
briareus centugeminus q multis pesset hoi
bz et pomi finitu p infinito apud infos
aut no in tantum ditis detrusus e ut reliqui
sunt q ad hoc in adiutorium fuauert superum
ut intelligamus no esse aliquos quatuenque

perversos qui ad meliorem vitam serventur a deo
cum ab eodem corporum futura conversio cognoscatur

De Ceo Titanis tertio filio qui genuit Lathonam et Asteriem

Ceum inter alios Titanis filios enumerat Paulus et eum interem fuisse Titanum ostendit Virgilius ubi dicit: Extremam, ut perhibent, Ceo Enceladoque sororem etc. Leoncius dicit hunc Cee insule potentissimum fuisse regem et ex nomine se vocitasse hominem atque superbie ob quam cum antiquior fuit Titano inter eius innatos filios fuit. Eum Lathone et Asterie spectabilium pulcritudine virginum patrem dicebat. Quod Paulus pro eo quod Iupiter Latonam viciasset Titanorum bellum adversus Iovem motum. Sed falsum est ut supra demonstravimus ex hiis que in sacra leguntur historia.

De Latona Cei filia que peperit Apollinem et Dianam

Lathonam filiam fuisse Cei ex Ovidii carmine sumitur. Dicit enim: Nescio quo an detis gemitam titanida Ceo Latona preferre in nichilum etc. Hanc autem veteres a Iove dilectam parituram et oppressam volunt eamque ex eo geminos suscepisse prolem Apollinem scilicet et Dyanam. Quod cum adeo egre tulisse Iunonem ut non solum omnem terram ad omnis uteri deponendi onus interdiceret illi verum et immitteret Phitonem serpentem mire magnitudinis ad eam fugandam atque impediendam. Que cum pavescentes fugeret neque locum aliquem retinentem se inveniret propinquante Ortigie insule ab ea suscepta est et in eadem peperit. Primo Dianam que confestim obstetricatus officium in nascituro fratre matri prestitit et Apollinem nascentem suscepit qui mox sagittis Phitonem interemit et dare cepit responsa petentibus. Postea ob hunc partum dicunt nomen immutatum insule. Nam cum primo diceretur Ortigia, Delos postea dicta est. Dicunt insuper defessam Latonam parvulos ad hunc filios portantem dum ob estum siti laboraret accessisse ad lacum quendam ut biberet. Quam cum vidissent circumstantes rustici confestim lacum pedibus intrasse et omnem turbasse aquam ex quo commotam Lathonam orasse ut extinguerentur. Quamobrem rustici repente in ranas mutati lacum semper incolunt. Circa has fictiones dicebat Barlaam cessante diluvio quod Ogigii regis fuit tempore ex humiditate terre nimia cum calor erat immixtus tam densas exalasse nebulas ut apud plura loca Egei maris et Achaie nullo modo solares radii die nec nocte lunares viderentur ab incolis. Tandem eis rarescentibus et potissime apud insulas aquas ardore maris minus poterat exalatio terre contingit ut nocte quadam circa horam diei proximam a circumstantibus insula Ortigie primo viderentur lunares radii et subsequenti mane solares. Quamobrem maximo omnium gaudio qui recuperassent quos perditos iam arbitrabantur dictum est apud Ortigiam Dianam et Apollinem natos. Et ob id insule mutatum nomen et ex Ortigia Delos quod idem sonat quod manifestatio solis et lune. Facta sit Latona ad eam ipsam insulam volunt fingentes in qua manifestatio facta eamque fictam pariturientem assumpsere ad figmentum conficiendum quod contigerat eam geminos peperisse quorum masculum Apollinem feminam autem Dianam intitulavere. Phitonem autem Lathonam insequentem ne possit parere nebulas densas surgentium vaporum volunt que quidem obstabant ne possent solares atque lunares radii a mortalibus intueri. Nec incongrue has nocuas serpentes. Nam dum levis hinc illuc a quocumque spiritu impellerentur more serpentis sepe videbantur. Et hunc a Iunone immissum dixere eo quod non inmerito pro terra et mari intelligatur immo a quibus evaporaciones ille emittebantur. Diana autem ideo ante nata dicitur quod nocte extenuatis iam vaporibus primo lunares apparuere radii. Quod autem obstetricatus in nativitatis fratris officio functa sit ideo dictum est quod sicut obstetrices consuevere nascentes suscipere sic et luna dum paulo ante solem surrexisset sole oriente suscipere pansis cornibus visa est. Occisum autem Phitonem telis ab Apolline ideo fictum quod solaribus radiis agentibus omnis illa terre evaporacio dissoluta est. Quod autem cepit Apollo dare responsa sumptum est ab eo quod postmodum contigit scilicet ut eam in insula nescio cuius maleficio demon sub Apollinis titulo ceperit et diu dedit de quesitis responsa. Mutatos autem in ranas rusticos ideo dictum est quod ut scribit Philocorus bellum fuit Rhodiis olim adversus Licios Rodiis auxiliares venere Delones qui cum aquatum ad lacum quendam Liciorum iuvissent rustici loci incole aquas prohibuere in quos Delones irruentes omnes interemere et in lacum occisorum corpora eiecere. Contingit tandem tempus cum montani Licii venissent ad lacum nec occisorum agrestium corpora comperissent rudes contingnarum arbitrati sunt eas ranas animas esse cesorum et ranas in circuitu coaxantes sensissent et dum sic referunt alius fabule causam adinvenere.

De Asterie filia Cei et matre Herculis

Asteries filia fuit Cei Titanis ut Theodoncio placet. Hec ut ait Fulgentius post viciatam Latonam a Iove dilecta est a quo verso in aquilam etiam oppressa fuit eique ex

Virgilius Leoncius
Ovidius
Barlaam
Philocorus
De rusticis mutatis in ranas
Fulgentius

contubitu herculem pepit. Hec tandem ut q̄ busdam plac. aduersus ioue sentiens et ei9 fugiēs iras miseratoe deo4 in coturnicem versa est que grece vocat̄ ortigia nomē q3 dedit insule in quā aufugerat ubi a Ioue in lapidem mutata est undisq3 demersa et ab eisdem hinc illuc agitata que tandē ob susceptā latonam firmata est. Huius fabule talis pt ee ratio dicit theodotius supato at q3 occiso a Ioue ceo qui ob uiciatā latonam adusus eum arma mouerat eum in tea venisse insula et ibidē asterie virgine cei filiam oppressisse. Tandē eam adusus eū sentiente primo volucr̄ fuga in ortigiam abiisse inde vero incolas transfretasse soliq3 ibi regnanti nupsisse eiq3 peperisse. Ceterum a quo postmod. occisa est. Sz ut barlaā dicit in partu oete deffecit. Ex quibz fictum est Ioue aquilam sectū accubuisse q3 aquila Iouis est erat signum dū esset in armis et q3 bello ceam cepisset fictū ē eū in aquilam versū cū asterie accubuisse. Q3 aūt in coturnicē asteries versa sit aut ob ei9 volucre fugam cū coturnicū sit volare pmtī aut ppt longam ei9 transfretationē q3 ee est coturnicū cto anni tpe transfretare. Q3 aūt in lapidem versa sit non spctat ad eam quinimo ad insula in qua primo aufugit q̄ ortigia dcā est. latine vero coturnix que io in lapidē versa dicit̄ ut eius nona stabilitas designet. ferūt aūt ortigia solitam vna cū undis fluctuare quod fictū est q3 nimia et crebra tre motū concussione agitari q̄sueuerit quā tandem firmatā volūt .i. a concussione liberatā eo q̄ ab apolline iussū sit ne in ea mortuum corpus sepeliret et queda illi insup celebrarent̄ sacra quibz inte celebratis cessauit terre motuū infestatio et sic fca lapis .i. stabil. puto ego repletis cauinis in quibz aer inclusus tre motus causabat hec contigisse eos q3 illo did. iusso deceptos Superaddūt quidā eidē ortigie myconos atq3 giaros insula adhesisse atq3 firmasse q3 nō sit simplicit̄ intelligedū est quinimo ex insulis illis q̄ illi proxime st̄ ortigia Iam firmata accesse incole et inde q̄ relinquerant habitare.

De tiphone seu thipheo uel titanis filio. qui genuit deos et chimeram.

Typhon seu tipheus theodontio asserente titani fuit filius ex tra esto dicat lactanti9 eū ex tartaro genitū et tra hūc insup dicit id lactanci9 Ionem in etamē puocasse de regno. Quā ob cām iratus Iupiter fulmine eū pstrauit et ad eius opprimendam supbiam corpi eius sup imposuisse trinacria q3 etia sic testatur ouidi9. vasta gigantes ingesta est insula mebris et infra p. v. versus virgilius aūt nō ethna sz ynarime illi dicit sup iectū quiquid mons e insule vicine bays q̄ hodie yscla vocat̄ haud longe aprhica insula et dicit sic Tū sonitu prochita alta tremit durūq3 cubile ynarime iouis impys imposta tipheo et cū Q3 et videtur tenuisse lucan9 dū dicit undat apex campana fremēs cui saxa vaporat Conditus ynarimes ethna mole tipheus et cū hinc insup insigne antrū finisse in cicilia haud longe a corico opido dicit pōponi9 mela in suo cosmographie libro et post eū solin9 de mirabilibz. Na ait in monte pfundissima specū per duo milia quingentos passus nemo4 umbra et riuulo4 fluentiū tinitu amena plurimum deīn post ta longū descēsū pandis specus alta q̄ in pcessu Iam obscura ht sacrū Iouis fanū inde in ei9 extremo recessu tiphois cubile positū incole asserūt. hec de tipheo nūc abscodita corticibz enuclerāda sunt Tipheū igit̄ istū titanis ob elatū e9 spm filiū dixe et tre ob poten̄ cū dicat theodonti9 eū antiquissi.m. cilicie fuisse rege et osiri frem supasse bello atq3 discerpsisse membratim et bellū adusus pmū ioue mouisse sz ab eo supatū atq3 occisū. Ve4 fictionibz quibz hec histo dedisse cām satis appet et explicacio ista videt̄. n. in hys nāz et cām tre motuū satis queiente latentē tū ōnde qui finxe. Dicit. n. papias thiphone seu tipheū id sonare q3 flamas eicientem ut per hoc satis vide possim9 eos pmo exalante in visceribz terre clausū igne ōnde noluisse inquatū illi superimpositos motes a Ioue .i. a nā re4 ait inquātū aūt tipheū se erige conantem dicunt tre motum cām ōndunt Est aūt terra ut plimū cauuosa in quibz cauernis ut aer inclusus sit aliqn necce est et ibidem nō inq contingit per subt̄ ranos meatus aquā et penetrare cui9 qualicuq3 motu opz ut aer et moueat̄ qui motu suo et ab obicibz hic in pcusso et in vehemetiore motū excitat9 tale fit eo aūt calefco tante poten̄ efficit̄ motus eius

barlaa

Lactantius

Ouidius

Virgilius

Lucanus

Pomponius
Solinus

Theodontius

Papias

Ut cum

ut circum adiacentem cunctam concuciat et moveri faciat et si bituminosa atque sulphurea terra loco tali compressus sit ut ascendat confestim necesse est nec extinguitur umquam tali materia perdurante. Et cum negat ignis teneri clausus et eo ardente multum augeat aeris nec tanti capax sit locus fit non solum grandis concussio terre adiacentis sed etiam aperiri cogitur et exitum prestat accenso igni quem evaporantem thiphonem id est eicientem flammas locum facit. Et cum sicilia et ynarimes huiusmodi nature sint ideo tiphoni super imposita finxere prudentes.

De aceo tiphonis filio

Aceos ysidorus ubi de ethimologiis scribit filium fuisse tiphonis eumque civitam paphos rex incliti cipri vetustissimam civitatem condidisse quam supra paphi filii pigmalionis opus fuisse dixeram et de suo nomine nuncupatam quod an verum sit incertum habeo

De chimera tiphonis filia

Chimeram tiphonis filiam fuisse papias dicit et chedrie quam ob causam hoc dictum sit non video nisi quia et hec ignes evomat. Hanc tamen quidem monstruosissimam describunt. Dicit enim de ea ouidius sic. Quoque chimera iugo mediis in partibus ignem. Pectus et ora lee caudam serpentis habebat. Virgilius autem de ea sic ait. Horrendum stridens flammisque armata chimera etc. Alii autem dicunt illam igneum habuisse caput pectus leoninum caprinum ventrem et caudam serpentis et plurimum licie infestam sed tandem a bellorophonte superatam atque occisam. Cuius cum absconditum querat enucleare fulgentius aptissimam et meo iudicio minime optimam verborum effundit copiam cum potius historialem significatum quam aliud sub tenui satis cortice lateat. Est enim chimera licie mons in summitate ardens sicut et ethna olim post modum ad inferiora declinans leones dudum nutrire consueverat subsequenter habundat capreis et in radicibus ferocissimus erat serpentum quem a bellorofonte insignum viro purgatus nostre habitabilis effectus est

De enchelado titanis quinto filio

Encheladum titanis et terre filium fuisse dicit paulus cum ex terra tantum natum dicat virgilius ibi. Illam terra parens ira irritata deorum extremam ut perhibent ceo encheladoque sororem etc. Fuit hic ingentis potencie et inmanis ut theodoncius asserit. Hunc fulmine ictum ethneque suppositum dicit virgilius sic. Fama est encheladi semiustum fulmine corpus urgeri mole hac ingentemque insuper ethnam impositam ruptis flammam expirare caminis et fessum quociens mutat latus intremere omnem murmure trinacriam et celum subtexere fumo etc. Quare ergo idem dicere cum tipheo in illos esse divisos ouideret in odis oraciis dicens dicitur. Sed quid tipheus et validus mimas aut quid minaci porphirion statu. Quid rethus evulsis que truncis. Enchelados iaculator audax etc. Quid ergo cum divisi sint uti phisica ratione tipheum subterraneum ignem ab igne elemento per ventum a iove fulmine designato et a motu subterranei aeris causatum atque evaporatum ad exteriorem diximus sic morali demonstracione hunc superbum hominem designare dicemus cuius mos est ritu ignis stolida elacione semper ad excelsa conscendere. Sua iniquitate cunctos et cuncta furore suo consumere qui tociens ethna premitur quociens a potencia divine iusticie impellitur et superatur et humilium calcatur pedibus submittitur. Preterea si non alio pondere incurrentur tales sua tamen conscientia labe deprimuntur dum minus sic volente deo ab eis motum itur

De egeone titanis sexto filio

Egeon si antiquitati credimus terre fuit filius et titanis ea ratione qua ceteri huic servius unum esse cum briareo velle videtur eo quod et centum geminus cognominetur. Sed huic opinioni paulus adversatur dicens. Egeonem sevissimum et inmanem fuisse piratam et egeonam nominatum ab insula deserta que ego in egeo mari vocatur in qua insidebat more piratarum quibus fas non est ob latrocinium suum urbes incolere. Superaddens theodoncius ab hoc non ab ege insula egeum denominatum mare eo quod eius suo nemo in eo mari nisi quantum huic placuisset aliquid audebat. Dicit preterea fabule veteres hunc centum a iove religatum cathenis. Ouidius insuper dicit de eo balenarum que premente egeona suis inmania terga lacertis etc. Ut possit per hoc comprehendi eum potentissimum fuisse dum tot cathenis eius astringant vires et assiduam eius maris fuisse curam et naviganciorum quibus insidebat. Hec enim eo centum geminus dictum est eo quod eius centum homines remigio defendentes haberet in navibus ut in longis oportunos cernimus

De aurora septima titanis filia

Auroram dicit paulus filiam fuisse titanis et terre quasi mulierem volumus arbitrari quod eam titonis fratris laumedontis dicat ouidius fuisse coniugem possimus eam existimare aliquam ingentis potencie et admirandi decoris fuisse feminam verum ego reor de ea intellexisse poetas quam omnes dicimus auroram eum scilicet matutinum splendorem quo circumvis ante solem elevatum celum albescere quam ideo titanis dicunt filiam non quia ex titano natam credant sed ex sole quem sepissime ex nomine avi titanum vocant nam ex

Margin, left column: papias (beside "Chimeram tiphonis filiam fuisse papi"); ouidius (beside "hanc tamen quidem monstruosissimam"); virgilius (beside "go mediis in partibus ignem"); fulgencius (beside "cum absconditum querat enucleare fulgentius"); virgilius (beside "se dicit paulus cum ex terra tantum natum"). Margin, right column: ouidius (beside "in odis oraciis"); mos superbor[um] (beside "ad excelsa conscendere"); Servius (beside "servius unum esse cum briareo"); ouidius (beside "mente egeona suis inmania"); ouidius (beside "ouidius fuisse coniugem")

sole precedit. Ut dictum est illa claritas celi quam aurora dicimus. Terre autem ideo dicitur filia quia orizontem orientalem superans videtur intuentibus ex terra exire.

De Iapeto titane VIII° filio qui genuit Hesperum, Athlantem, Epimetheum et Promotheum

Iapeti parentes titanum et terram fuisse Theodontius asserit. Hunc eundem dicit suo tempore ingentem potentemque fuisse apud Thesalos hominem, sed preter ingenium cognitus magis nobilium filiorum claritate quam sua virtute. Huius dicit Varro de origine lingue latine coniugem fuisse Asiam nympham, a qua Asia denominata est. Ex de huius non parum magnitudinis argumentum, ex qua suscepisse nonnulli volunt Hesperum, Athlantem, Epimetheum et Promotheum.

Varro

De Hespero Iapeti filio qui genuit tres Hesperidas

Hesperum dicit Theodontius filium fuisse Asie et Iapeti, primo Philote a parentibus appellatum. Verum cum iuvenis una cum Athlante fratre in extremos mauros secessisset atque Ethiopibus qui ultra Ampelusiam promontorium litus occeani incolunt ac insulis eo littori adiacentibus imperasset, a grecis Hesperus appellatus est eo quod ex nomine occidentis Hesperi omnem occiduam regionem vocant Hesperiam. Et sic ab ea regione ad quam transmigraverat a fine perpetuo denominatus est. De hoc tamen nil habeo ulterius nisi quod illi tres fuerunt filie rapina Herculis clare.

De Egle, Heretusa et Hesperetusa filiabus Hesperi

Hesperides ut ipsum sonat patronomicum Hesperi fuerunt filie, esto sint qui Athlantis dicant. He tres numero fuere, Egle scilicet et Heretusa ac etiam Hesperetusa, de quibus fertur quod esset illis viridarium in quo aurea mala nascebantur, cui custodem prefecerant serpentem pervigilem. Cuius viridarii fama cum ad Euristeum pervenisset, et ipse pomorum desiderio tractus misit Herculem ut illa mala surriperet. Qui veniens soporato seu occiso serpente viridarium intravit et mala sustulit atque Euristeo detulit. Cuius fictionis archanum aperuisse non erit difficile. Sunt quippe ut placet Pomponio insule in occeano occidentali habites ex opposito desertum litus incontinenti inter Hesperes Ethiopes et Athlantes populos. Que nequid insule a puellis Hesperidibus possesse fuerunt, erantque habundantissime ovium lana quarum pretiosissima erat ad instar auri. Et sic insule Hesperie que talium ovium erant pascua viridarium fuere Hesperidum, oves autem aurea mala. Nam oves a grecis male seu mala dicuntur teste Varrone in libro de agricultura. Pervigil autem serpens eum ipsi erant qui inter insulas estuante occeano die nocteque absque intermissione insulas intra cum tempestate circuibant et ad insulas transitum prohibebant, quas Hercules captato tempore transiens malis aureis, id est pecudibus, edictis remeavit in Greciam. Fulgentius autem suo more ex abysso conatur in ethera educere intellectum, quem eo quod non puto fuisse de mente fingentium omittendum censui. Sunt tamen qui velint Herculem fuisse Perseum et Hesperidas fuisse Gorgones, ipsi videant.

f

Varro

Fulgentius

De Athlante nono titanis filio qui genuit Hyam et septem Hyades quorum hec sunt nomina: Eudora, Ambroxia, Phidile, Coron, Phito, Polixo et Tienes; et genuit insuper Pliades quarum hec sunt nomina: Electra, Maya, Sterope, Celeno, Taygeta, Altione, Merope; et genuit Calipsonem.

Athlas dicit Lactantius filius fuit Iapeti et Climenes. Theodontius vero Iapeti et Asie filium fuisse dicit. Plinius autem ubi de historia naturali inventum huius dicit Libiam fuisse. Verum hii non videntur unum et idem, cum tres fuisse dicantur, quorum primus creditur ex Archadia, alter autem a primo Thessalus, inde Maurus fuit, nam ille scilicet qui cum Hespero fratre ad Mauros transfretavit. Est preterea et Athlas Ytalus qui ut vulgo fertur antiquissimus apud Phesulas imperavit, cuius quia parentes non comperi non apposui. De quo istorum ex ea que de eis scripta comperimus intellexerint autores non satis certum est, dato quod aliquid possit per coniecturas intelligi. Verum ego tamquam unius tamen acta sint omnia scribam. Igitur Athlas ut dictum est Iapeti seu ex Climene seu ex Asia filius vel ex Libia, ex qua talis narratur fabula. Quod cum Perseus Iovis filius iussu Polidectis regis, ut dicit Lactantius, ad occidendam missus Gorgonem eamque superasset illiusque caput abscidisset, victor quo rediret contigit ut hospicium peteret Athlanti. Athlas autem oraculo premonitus ut sibi caveret a Iovis filiis quia ab aliquo eorum regno privaretur, audito eum Iovis esse filium suscipere noluit. Quamobrem turbatus Perseus detecto Gorgonis capite illum in sui nominis montem mutavit dampnavitque eum ut in perpetuum celum sustentaret humeris.

Lactantius

plinius

Athlas repertor astronomie

quod et fecit etc. Sub hac autem fictione volue
potes historiam occultari cum dicat fulge
tius quod superata medusa ditissima regina
perseus regnum invasisset athlantis fultus
copiis atque substanciis meduse eum in mon
tes compulit aufugere. Et sic qui ex regia
montanus factus est fuga causam dedit fabule
ut in monte diceretur esse conversus ope eius cuius
duncijs in montes fuerat compulsus. Quod
celum humeris substentaverit alia causa fuit. Af
firmat enim augustinus in libro de civitate dei
hunc maximum fuisse astrologum. Et rabanus
dicit eum primum astrologie artem excogitasse quod
a plinio sumptum puto. Ipse autem in libro de
naturali historia dicit hunc astrologiam invenisse. Et
hinc observatores ex arte susceptos celum hume
ris tollerasse dictum est. Verum ignarum vulgus
hoc credidit eum scilicet celum humeris sustine
quia videt montis verticem adeo extolli ut in
eum videatur inclinari celum. Hunc preterea mul
tas fuisse filias dixere veteres quas ex variis
athalantibus natas arbitror et hunc soli at
tributas ut in particulari earum descriptione clarius
apparebit

De hiade athlantis filio

Hyas ut ab uncio melioris sexus incipiam
[h]factiamus filius fuit athlantis et
ethre ut placet ovidio in de fastis ait. Nondum
stabat athlas humeros onerator olimpo. Cum
stirpe occeani matris moribus ethra. Edidit
et nymphas sed prior ortus hias. Hic inveis ve
nator fuit et in venationibus a leena occisus est
ut ipse ibi superius testatur ovidius dicens dum nova
lanugo pavidos formidine cervos etc. Et per
versus nexus.

De hyadibus vii filiabus athlantis

Hyades septem fuere sorores et filie
athlantis ex ethra quarum hec fuerunt
nomina Eudora ambrosia phidile Corompli
to polito et thienes. De quibus ante scribere necesse
fuit cum de eis in particulari nil legatur. De hiis
autem sic scribit ovidius. At simul inducent obscura
crepuscula noctem pars hiadum toto de grege
nulla latet. Ora micant tauri septem radian
cia flammis. Navita quas hiadas grauis ab
urbe vocat. Pars bachum nutrisse putat
pars credidit esse Thetios has neptes occe
ani quia senis etc. Per hos versus possumus co
gnoscere eas ut superaddiderat idem ovidius ob pie
tatem mortuum fratris in celum assumptas et in fron
te tauri locatas videtur tamen ovidius in fine car

minis credere partem harum hiadis fuisse filias verum
theodoncius totas athlantis fuisse confirmat
has autem suculas appellari dicit Anselmus in
libro de ymagine mundi. Sed quid ista velint
videamus. Et primo ego harum assumptionem
in celum sic contigisse arbitror quia eo quod nomine conve
niret cum stellis in fronte tauri positis ceptum
sit ab hiis qui numerum noverant filiarum athlantis
iocose illas stellas a nominibus puellarum vocare.
Et cum perseveraret adeo stellis annexum est ut
in hodiernum usque perduret. Seu quod verisimilius
est filias athlantis ob convenientiam numeri nomine
stellarum nuncupatas. Et hinc fabule prestitisse
materiam nam stellas illas hiades vocatas credo
ab effectu earum longa animadversione percepto hi
as in grece pluvia sonat latine quod eis no
men impositum est eo quod incipientibus eis appare
autumpnales incipiunt pluvie. Suculle vero
dicte quia succo plene i. humiditate in pluviis. Quod
autem bachum nutrierit ideo dictum reor quod humidi
tate sua seu siccitate in quo sunt sole existente in
virgine plurimum inficiis nocte conferat diurno
fervore exhaustis

De electra filia athlantis et matre dardani

Electra filia fuit athlantis et pelione et
ut ego arbitror athlantis tusci eo quod velit
aliquando eam coniugem fuisse corithi regis qui tu
scus fuisse existimat plurimis et si tusci non
fuit arcadis tamen fuit non enim ad eius concubi
tum nupto misisset in marios hac a Jove oppressa
pepisse illi dardanum troie autore volunt et
nivo iasum hec preterea cum sex sororibus a pleio
ne matre pliades appellate sunt et quia Jove seu
liberum premunitie celum meruerunt et stelle
in genu tauri locate sunt et a latinis virgi
lie appellate. De quibus omnibus sic scribit ovidius
pliades incipiunt humeros relevare paternos. Que
vii dici sex tamen esse solent. Seu quod in aplexum
sex hinc venere dearum. Nam sterope marti concubuisse
ferunt. Neptuno altione et te formosa celeno
Mayam et electram taygetem quia Jovi. Septima
mortali merope tibi sisiphe nupsit. penitet et
facti sola pudore latet. Sive quod electra troie spe
ctare ruinas non tulit ante oculos opposuit
que manum etc. Astrologi autem dicunt harum unam
esse nebulosam nec posse videri. Sane ut fuit inve
ta paucis expediamus de hiis quantum ad no
men et ad assumptionem in celum dici potest quod de hiadi
bus dictum est esto velit anselmus has pliades
non a matre sed a pluralitate denominatas cum dicat
plion grece pluralitate sonare latine virgilie
autem dicuntur quia oriuntur una cum sole scilicet eo

Augustinus
Rabanus
plinius
ovidius
ovidius
Anselmus
quare dicte hiades
quare suculle
pliades
ovidius
at traygena

exrite in tanto qma tnt virgulta augeantur
Jone aut nutsse io dicunt qz opinati sut no
nulli ethereu igne ex humiditate terrestri nu
triri qua humidi^te^. plurime causant velibo at ut
s^un^t ii de hiadibz

De maya athlatis fi^a^ et matre mercurii

virgilius — Maya athlantis fuit filia ut dicit virgilius
at maya pam auditis si quid qua credimus
athlas idem athlas generat celi qui sidera tollit
etc. Ego credo athlantis arcadi fuisse fili
am eaqz dicit crisippus vulcano nupsisse et
macrobius — argumento utitur ut dicit macrobius saturnalior
qz flamen vulcanalis kalis mayis huic deceuem
piso — diuina facit. Sz piso uxorem vulcani maies
ta no maya vocari dicit hoc tn asserunt omes
eam Jovi genuisse atqz ex eo pepisse mercuri
u hanc insup aiut Junone ex pellicibz Jovis
vna sume dilexisse eius qz filiu mercurium
marcianus — lactasse Affirmat marcianus et huius amoris
susceptus huic preterea Servius atrius toli dicitur
et ex eo cartaginem filiam genitam

De cartagine i herculis filia

Cartago ut primo supra monstratum est
ab herculis iii fuit filia Quam ego mu
lierem fuisse non credo sed eam civitatem

quam nos cartaginem nuncupamus. Que ideo herculis filia dicta est quia a phenicibus qui herculem summe colebant posita est herculis dei sub auspicio.

De Minerva 2a Jovis filia xxiii

Minerva non ea cui cognomen tritonia fuit Jovis secundi fuit filia ut scribit tullius de naturis deorum. Quam idem tullius inventricem asserit fuisse bellorum atque principem. Et ob id a nonnullis bellona appellata est et soror martis et auriga ut testari videtur Statius dicens: Tergit atra iugales. Sanguinea bellona manu longaque fatigat cuspide etc. Nec ea fuit hec quam veteres virginem et sterilem asserunt cum imo ut idem dicit tullius ex vulcano celi filio antiquissimo appollinem primum peperit. Preterea ut dicit leoncius hec est quam armis insignem finxere oculis torvam hastaque gerentem longissimam cum cristallino clipeo. Et hoc magis ad ostentationem inventi a se belli quam ob aliquod aliud significatum. Quod ego non credo cum imo insignia illa ad aliquod misterium ostendendum apposita omnia puta. Nam cum omnes assiduis infestemur bellis armatam fingi puto ut doceam prudentes viros semper in armis consistere i. consiliis quibus ad emergentia possit obsistere. Quod oculos habeat torvos ostendit sapientem de facili capi non posse cum ut plurimum exterioribus actibus longe aliud se ostendat aliter quam gerat animo. Nam torvus alibi respicit quam intuentes eius faciem arbitrentur. Hasta autem ideo illi datur longissima ut noscamus prudentem virum et longinqua cognoscere et ex longinquo ictus infingere atque a se insidiantes repellere. Cristallinum autem ideo illi clipeum attributum esse ut appareat in transparenti cristallo atque solido corpore sapientem virum eque simul et hostis videre opera et se ipsum remediis oportunis protegere. Huic insuper dicit idem leoncius cum neptuno de impositione nominis civitati athenarum fuisse certamen illudque patribus diis in ariopago agitatum atque eorum sententia ut quis eorum terra percussa laudabiliorem produxisset effectum is civitati nomen imponeret. Ob quam rem neptunus percusso tridente solo equum produxit, minerva autem hasta iecta produxit olivam. Que cum utilior visa sit equo, minerva deorum iudicio civitatem ex suo nomine nuncupavit athenas. Nam minerva a grecis athenas vocitata est. Quod hoc figmenti esse sic albericus exponit. Dicit enim cicropi conditori qui et hinc minerve gratie povanens fuit et memoriam theodontium scribit fuisse aliquandiu ambiguum an illa a comoditate maris quam plurimum valebat an a comoditate terre qua etiam plurimum habundabat denominaretur. Quam maris comoditatem per equum designare voluere quia et mare vehat ut equus et equus ut mare velox sit et non nunquam impetuosus et furore nimio plenus, ut mare. Terre vero oliva seu quia locus olivarum habundans sit seu quia pingue sit solum et fertile. Tandem cum cerneret circumspectus homo maris comoda variis ex causis posse subtrahi et terrestria qualiacunque esse continua et terrestribus perpetuis denominandam censuit atque vocavit athenas quod latine immortales sonat. Ego autem puto cum maritima civitas sit athene dissensionem fuisse inter nautas et methanicos homines ostendentibus nautis rem plurimum augeri navigiis que per equum intelligenda sit. Methanici autem quod artibus et agricultura civitates sustentari et augmentari que per olivam demonstrantur cum eius sit liquor nutriens et ampliativus. Quamobrem a diis i. a iudicibus in hoc datis pro methanicis sententia lata est. Et hic pro nautis optime neptunus inductus est. Pro methanicis autem minerva que artium omnium fere repertrix fuit. Posset hic quis obicere Jovem primum vetustatem athenarum deum longe antiquiorem cicrope. Hic cicropem conditorem dicimus athenarum. Hanc obiectionem paucis absolvit leoncius. Dicit enim non de novo edificatas athenas a cicrope sed mari propinquiores factas et hac tempestate sponte sua olivam in arce natam.

De Archade xvi° filio secundi Jovis qui genuit Nonimum

Arcas Jovis fuit filius et calistonis nymphe ut clare testatur ovidius. Hec enim post lycaonem patrem e regno pulsum a Jove ut refert paulus se choris dyane sociavit et in venationibus vitam agens cum etate valeret et forma a Jove dilecta est. Et ut dicit ovidius ab eodem sub specie dyane inter umbras nemorum decepta et oppressa est. Que cum concepisset et iam excresceret uterus a puellis sociis ad lavacrum evocata est, se lavante diana. Hec autem timens ne crimen appareret sinu sub vestimenta ponere lanam vi conniebat. Tandem a virginibus nudata cum turgidum ventrem diana vidisset confestim eam a consortio suo repulit, que postea archadem peperit. Quod factum cum cognovisset Juno irata in eam illam diu traxit crinibus et tandem transformavit in ursam. Archas autem cum iam grandis esset eam sibi incognitam et ad se

Tullius

Stacius

Sapiens homo

de litigio nominis imponendi urbi athenarum

Albericus

no[ta] de te[...] Jovis

Leoncius

Ovidius

Fabula [...] qua [...]

Eusebius

no de teplo Jonis

uementem voluit occide͂ ast ipa p amica ut ait
Theodoncius in Jouis templu cuius semp erat
apte Janue nec ꝑꝑea aut feri aut aius m̄tr̄
bat, illa aufugit in quod ⁊ archas secutus
est, Quos cu vellent incole occide͂ a Joue pḣi
biti sunt, et mutato eque in vrsu archade a
bos in celu sustulit, et circa paulu artica lo
cauit Calisto aut vrsa minor dca est vbi ma
ior vocatus est archas Juno aut ex hoc irata
q pellex in celu suscepta esset vna cu filio
accessit ad techide matgna nutricem sua ora
uit q ne has vrsas more aliaꝝ sideꝝ sinet i
undis lauari patetur qd techis vltro se fcu
ra pmisit et seruat vsq in hodiernu, Sub
hac fictione vt plurimu latet historia na supa
to a Joue licaone calisco filia aufugit ad vir
gines pam lyceo sacras et cum hijs emisso
ꝑpetue virginitat voto contigit vt audita a
Joue sua formositate caperet et incideret in
desideriu potiundi et cu se in hitu sociaꝝ trās
formasset clam noctu accessit ad illam et
cu varijs suasionibz in sui desideriu traxisset
ea viciauit atq pregnante fecit postremo
cu ptu crimie appareret caliscomis enestitio cu
maxio dedecore suo nil alterius timore Jouis
audentibz virginibz sacris vna cu filio clausit
exclusa e Que ob ruborem clam secessit in sil
uas et in eas latuit diu incognita Sane cum
adolemisset filius esset q ingentis aīe nec posse
ꝑꝑeti matris impium eam noluit occide͂ Que ti
more ptita siluas linquens confugit ad ioue
Qui eam in gratiam filij reconsiliauit pmisit
q vt in primi possent redire regnū commit
q Qualiobre cu archas ferox incolas pelasgos
in ditionem redegisset sua archades illos ex
suo noie appellauit Archades aut calistone
qua mortuam putabant ob diutina latebram
vrsam appellaue cu vrsis vt aiunt phisiologi
certam an ptem in cauernis moret dormiēs
et a noie matris vrsum filiu etia vocaue Quos
ambos postea in gratiam archadis poete in celu
translatos dixe et ex carminibus eis in locis in
quibz hos locauerunt diu an egiptijs figuratis
fece vrsos Quod aut a tethide Jnmoiis aliquā
na lauari in occeano no pmittant sumptu
est ab eleuatione poli qui in regione nra adeo
eleuatus est et hec sidera adeo illi ꝑꝑinqua vt
circuitione celi sicuti reliq q occidendo mergi
no possint, ymo eaꝝ circa polu integra circu
itione videmus hunc archadem sebit eusebius
subegisse pelasgos ano mundi iiiᵐ. dcc vii

Eusebius

De yonio filio archadis q genuit nicostrata

Yonius fuit vt ait theodonci9 et posteu
paulus archadis filius ex semele nympha suscep
tus hic eno suo bellica arte et potissime naua
li ꝑitissim9 adeo vt litora fere omia pelopo
nensia et vsq ad mare situ sue dicioni sub
iget et a suo noie yonas seu yoniu cognomia
ret mare Qm in tam grandem vene puine
vt sibi totius grecie quarta ptem subesse dice
rent et yoncis lris atq gramatica vti coge
rent Sane leonci9 negat hoc cognomē geti
mariq inditu a yonio rege affirmans diu
an illis fuisse ab yone ynati filia cui maxi
mu in ptibz illis fuit impium appositu qd et
alibi ipemet testat theodontius fuit g yonio
vt theodontius dt et leontius filia vnica noie
nycostrata.

Leonci9

De nicostrata filia yonij et matre Evandri

Nycostrata theodoncio et leoncio assentibz
filia fuit yonij archadu regis Que cu
fm̄ quosdam pallanti cuidā arcadu viro nobili
nupsisset seu fm̄ alios eius nurus existeret ex
mercurio postmodu euandru arcadie rege conce
pit Et cu grecaꝝ lraꝝ esset doctissima adeo
uersatilis fuit ingenij vt ad vaticiniu vsq pe
netraret vigilanti studio ⁊ famosissima va
tes euasit Et cu querentibz no nisi exprimet
futura carmine nicostrate abolito noie carme
ta nuncupata e Que cu euandꝰ putatiuu pre
seu vero potius occidisset casu vt quidā voluit
seu vt alijs videt seditione suoꝝ e regno pul
sus antiquo magna filio fugienti vaticinio p
mittens cu eo ad ytaliam deueit Et hostia ty
beris intrans in palatino monte consedit Et
cu siluestres coperisset incolas nouos litteraꝝ
caracteres adinuenit eos q eaꝝ compositiones sonos
q edocuit Que et si ab initio .xvi. tantum
fuerunt alijs a posteris superadditis ea in ho
diernu vsq vtimur Quam9 rei admirati rudes
non hoiem sed deam potius arbitrati sunt
Et cu eam ad hunc vsq etatem diuinis celebrass
sent honoribz mortue sub infima capitolini
montis pte ubi vitam duxerat satellu suo noi
condidere Et ad eius ꝑꝑetuam memoriam
a suo noie loca adiacentia carmetalia vocaue
Quod quidē nec Roma iam grandis abolesse
passa est Quinymo Januam ciuitatis quam
ibi exigente necessitate ciues construi fece
runt carmētale per multa secla vocaue

Sed

Superat vt omis Jonie secundi posteritas
esset apposita dardanu qui ex filijs ei9
vnus fuit et omem ipius psapiam appone
rem qui volumen hoc quintum fine posse
videbat et illam esse continuatam visum
est hic quintum figere et dardanu plem q sua

ſequenti Volumini reſeruare

Genealogie deorum gentiliu liber quintus Explicit

Genealogie deorum gentilium secundum Johannem Boccacium de Certaldo liber sextus incipit feliciter. In arbore presenti ponitur in radice Dardanus Yolii filius Jovis et omnis eius Dardani proles describitur tam in ramis quam in frondibus. Prohemium.

Defecerat in faucibus Tyberis lenis cimbule impetus nec diu ociosus et novas vires et novos expectarem pro flatus quadam loci veneratione tractus cepi adiacentia cuncta conspicere. Erat ibi videre Laurenti veteris Latini quam rimae et priscorum Latinorum cunabula inde Longam Albam a scrofa sue denominatam silvis obsitam atque vepretis nullum fere de se preter nomen prestantem vestigium. Sic ulterius paululum aurea olim Roma fulgebat veteri potius splendore quam lumine novo. Quam dum toto intuerer animo in mentem prisca venere et precelsi sublimes quos duces insignes virtute prima et militari disciplina atque sanctissima paupertate spectabiles bene triumphis conspicuos sub arce quam undique nationes et gloria singularis imperii qua sola mortales ceteros superavit. Et ob quam orbis totius sibi frena regere et vocari meruit caput. Dum quod menti mirabundus perquirerem quis nam tante molis genitor quis dicti primus potuerit parere terra an Titanus vel Neptunus potius educere mitis corpora consueti Tuscus Dardanus subintravit memoriam. Cuius quam victoriosi populi vetustissimum animi meminimus. Nec ex longinquo videbatur litus ex quo navem solverat iturus in Asiam usque tam inclite posteritatis semina precturus. Quamobrem ne omissa videatur proles tanta claritate conspicua Tusci fluminis velut hostie vestem secutus aque fluctu ut oculata fide maiorum monimenta cognoscerem zephiro favente in litus usque Meonium contendi. Ut ab inde eo prestante qui aquas seiunxit ab arida tam ingentis tamque admirabilis imperii per suas successiones avos vetustissimos recensere et in ultimum usque inclite posteritatis deducere successores.

De Dardano Yolii Jovis secundo filio qui genuit Erittonium.

Ostensum est in precedentibus Jovem secundum Celi fuisse filium cuius posteritatis quam fuit in precedenti volumine fere omnis descripta est solo reservato Dardano in hoc libello eius sobolem describemus eo passumpto quem veteres Jovis testantur filium ex Electra Athlantis filia et Corithi regis coniuge susceptum. Ex quo de fastis ait Ovidius: Dardanon Electra quis nescit Athlantide natum scilicet Electram concubuisse Jovi etc. Hunc autem prisca inter ceteros filios Jovis precipue dilexisse. Sed quid velit fictio pauci adiutamus. Constat autem secundum Paulum Dardanum Corithi regis fuisse ex Electra coniuge filium sed ad nobilitandam posteritatem Jovi attributum cum etiam moribus erat conformis. Nam natura mitis homo fuit et religiosus. Ut idem ait Paulus hunc Jasius fuit frater ex Corito fuit qui addunt Ytalum sibi Sycanum atque Candamam sororem. Et cum Coritho sola civitas Corithus esset de suo nomine dicta et ea erat que hodie opidum paulo aliquibus additis licet vulgo Corneto vocatur. Venerunt eo mortuo de successione in discordiam fratres natu maiores Dardanus et Jasius quo commotus Dardanus qui tunc potior erat Jasium interemit. Quam ob causam cum turbatos cives cerneret cum parte populi navem conscendit et longa actus navigatione primo in Samothraciam que tunc Samos erat sedes venit ut testatur Virgilius dicens: Atque equidem memini fama est obscurior annis Auruncos ita ferre senes his ortus ut agris Dardanus Ydeas Frigie penetravit ad urbes Treiciamque Samum que nunc Samothracia fertur. Hinc illum Corithi Tyrrena a sede profectum etc. Ex Samo autem eam in Asie partem abiisse que Hellesponto contigua est mari et eam quam occupavit oram de suo nomine Dardaniam nuncupasse quam apud verum in opido eiusdem nominis constructo. Quod contigisse visum est Eusebio anno mundi Moysi anno regnante Argivis Steleno. Cum mundi fuit annus iii mcclxxxvii. Ibidem autem cum annos regnasset l ut idem dicit Eusebius in libro temporum Erittonio filio relicto superstite diem clausit.

De Erittonio Dardani filio qui genuit Troyum. Rubrica.

Erittonius filius fuit Dardani hunc Paulus arbitratur ex Candama Dardani coniuge et sorore natum. Hic autem Dardano patri successit. Et cum regnasset annis xlvi Troyo filio derelicto defunctus est.

De Troyo Erittonii filio qui genuit Ganimedem, Ylionem et Assaracum.

Tros seu Troyus filius Erittonii ut carmine patet Ovidii: Huius Erittonius Tros est generatus ab illo. Hic patri succedens cum vir esset armorum ampliato regno ex suo nomine regionem que usque tunc Dardania vocabatur

appellavit troiam. hinc bellum fuit adversus
tantalum frigie regem ob raptum sibi ab eo ga
nimeda filium quesivit ylionem et assaracum
genuit quibus superstitibus diebus obiit

De gannimede troys filio

Gannimedes troys regis fuit filius specio
Virgilius — sissimus adolescens de quo sic virgilius
intextus que puer frondosa regibus yda velo
ces iaculo cervos cursuque fatigat acer anc
lanti similis quem prepes ab yda sublimem
pedibus rapuit Jovis armiger uncis. longevi
palmas necquicquam ad sidera tendunt custodes
sevitque canum latratus ad auras et hunc in celum
raptum dicit ovidius et pincernam Jovis factum
et aquarii signum. Cuius fictionis intentum
Fulgentius — pandens judicio suo fulgentius explicat dicens
Jovis pugnantis navali certamine existen
tis que in navi cuius aquila erat insigne belli
Eusebius — ca preda fuisse gannimede. Eusebius autem in
libro temporum non a Jove raptum sed a tantalo fri
gie rege dicit quod scriptum asserit a phanodico po
eta. Et ob hoc ortum bellum inter troium et tanta
lum et hinc videtur sumpsisse ovidius dictum. Sane
Leontius — firmius leontium non frustratur. Dicit enim tantulum
ad Jovis cretensis gratiam promerendam quem in
pudicissimum cognoscebat sub signis aquile
venatorem adolescentulum rapuisse eumque Jovi
dono dedisse. Quod autem deorum pincerna factus
sit id dicunt eo quod inter celi ymagines figuratus
forsan ad suorum solatium eam esse dixerunt quam
vocamus aquarium in quo existente sole terra maioribus
ymbribus irrigatur quarum humidis vaporibus
sydera pasci non nulli volunt et sic deorum pin
cerna factus est fuit autem regnante argivis preto

De ylione filio qui genuit laumedontem

Homerus — Ylion ut homerus in yliade ubi omnem
genealogiam troianorum usque ad hectorem
et eneam explicatur ait filius troys regis tro
ianorum hic ut dicit eusebius in libro temporum regnante
athenis cicrope ylionem civitatem illam in
clitam homeri carmine condidit et ex suo
nomine nuncupavit. hec enim est que decennalem
grecorum obsidionem passa est et ab eis deleta
condita autem est circa annum mundi iii^m decc
xvi. ylionem autem unicum legimus fuisse filium
laumedontem quem superstitem moriens dere
liquit.

De laumedonte filio ylionis qui inter mares et feminas viii genuit filios quorum hec sunt nomina antigona hesiona lampus clition
licaon titon bucolium et priamus

Laumedon rex troie filius fuit ylionis
ut scribitur in yliade ab homero hinc dicunt
veteres voluisse ylionem muris circumdare
et cum apolline et neptuno convenisse ut ipsi
muros facerent mercede promissa et observan
di iuramento prestito. Qui cum fecissent
nec sibi promissum servari cernerent omnis troia
a neptuno aquis repleta est et apollo in
super misit pestem. Quamobrem anxius lau
medon de remedio oraculum consuluit. Cui
responsum oportere quot annis virginem troianam
ceto marino scilicet monstro exponere quod
forte apud troianos fiebat tandem hesionam
laumedontis filie sorte contigit. Que cum
in scopulo religata monstrum expectaret ad
venit hercules qui cum laumedonte pactio
nem fecit videlicet si liberaret a monstro filiam
ipse sibi equos divino semine procreatos quos
constabat laumedontem habere largiret. Atta
men hercules virgine liberata noluit
laumedon servare promissum. Quamobrem seu
ut alii quia dum illam prope portum quereret
a laumedonte portu troiano prohibitus est.
Et ideo cum amplioribus copiis veniens ylio
nem expugnavit et laumedontem occidit et
omnia eius vertit in predam. Hiis appositis
quid sibi velit fictio videamus volunt enim
apud troianos pecuniam fuisse in sacra
neptuni atque apollinis reservata quam lau
medon iure iurando prestito se non solum
eandem restituturum sed insuper ex gratia largiturum
in predictis sacris in edificatione murorum
civitatis expendit. Nec tandem petentibus
pecuniam restituere voluit. Sane adveniente
postea aquarum inundatione et post eam
non satis a sole digesta ut fit aer infectus
aquarum putredine pestem intulit. Que
duo quoniam ad apollinem et neptunum pertinere
videntur advenientem est ea ob periurium a decep
tis diis immissa. Quod virgines monstro
apposite sint visum oraculum cum sit illos decipere
per presepe diabolus possibile puto. Et hunc
historia hanc certa arbitror. Fuere huic filii
filieque plures quorum quamquam solus priamus esset ei in
regno successor

De Antigona laumedontis filia

Antigonam filiam fuisse laumedontis
testatur servius. Que ut dicitur eo quod for
mosissima esset ausa sepultitudine preferre
Junoni ob quam causam irritata Juno eam
vertit in ciconiam. Cuius figmenti talis potest
reddi ratio dicit leontius quod capto ab hercule
ylione et occiso laumedonte omnis laume

dontis filii exceptis hesiona et priamo qui
capti fuerunt clam aufugerunt quo illos for
tuna detulit Antigona autem mea adinvidiam
camandri latuit pluribus diebus. Et hinc ego
fabule locum datum puto quia quod superbia sua
se regnante pre ceteris preferebat pulcritudine ceteris
ad fortunam regnorum dum vices vertere eo de
ducta sit quo consuevere ciconie vitam querere
et sic ipsa donec ibidem fuit quasi in ciconiam ver
sa visa est.

De hesiona laumedontis filia et thelamonis matre

Hesiona filia fuit laumedontis et cum
ut primo ut supradictum est fuisset a monstro
marino ab hercule liberata post modum
ab hercule predicto deiecto ylione et occiso
laumedonte capta est et thelamoni qui
primus muros ascendisset civitatis in parte
prede concessa est qui eam salaminam detulit et
cum fuisset sepius a priamo repetita esset thela
moni filium teucrum peperit

De lampo clitione et icetaone filiis laumedontis ut in yliade dicit homerus

Lampus clition et ycetaon filii fuere
laumedontis ut in yliade dicit homerus
sic aiens Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο
Πρίαμόν τε Λάμπον τε Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος ... id est laume
don autem titonum genuit priamumque clitio
nem ycetaonemque ramum martis
Ex hiis tamen preter nomina nil preter nudum non habemus

De titone laumedontis filio qui genuit memnonem Rubrica

Titon ut supra premonstratum homeri carmine
monstratum est filius fuit laumedontis
qui cum esset forma decorus mulieris ut dicit
fulgentius ab aurora dilectus et raptus est
ex qua filium aiunt memnonem suscepisse
Et cum longissimam optasset vitam et ob
tinuisset postremo in ticadam versus est
quod autem ab aurora raptum nil aliud pu
to nisi quia desiderio captus auditis for
san que sperabat imperium posse nancisci pri
amo dimissa ad orientales migravit popu
los a quibus nobis aurora consurgit et
ex eis subegit plurimos eis que imperavit. Quod
autem in ticadam versus sit cur fingatur
non mille vices puto credi prima quarum est
quia uti rore matutino qui in aurora cadit
ticade aluntur sic et iste sumptibus orientalium
populorum qui sub aurora sunt alebatur preterea
quia ticade nigre sunt cum viride nascantur
sic et iste qui albus natus est atrente-

sciore solis eius regionis ad quam transitum
fecerat decolaratur. Tunc niger effectus est. Postre
mo quia senex audita morte memnonis filii et su
orum desolatione in querulam senectutem lapsus
sit et inde mortuus ut ticade faciunt quod post
conqueri quam cantare videntur. Et demum post
longam querelam crepantes obeunt

De memnone titonis filio

Memnon ovidio teste filius fuit tytonis
ex aurora susceptus hunc dicunt cum ma
xima orientalium populorum copia subsidio venisse
priamo et in pugna ab achille occisus est. De
quo fabulose dicit ovidius quod dum rogo impo
situs urerent orante aurore matre a Iove in
avem mutatus est. Et cum eo multe aves ex
favillis prodisse quod cum ter pira cum in
genti clamore circuissent sese diviscre et
tamdiu inter se certarunt donec mortue occu
buerunt. Quas aves memnonias appellatas dicit
ovidius. Hec fictio a consuetudine quadam
et pira memnonis sumata a suis et a quadam
contingenti mirabili sumpsit originem. Vetus
tissimus mos orientalium fuit cantores amicos
rege mortuo bella cum cadavere regis cohibere et
ad hoc seu adversum se convenientes ut circa
memnonis corpus factum puto aliter in morte cadunt
et regio imponuntur rogo. Preterea dicit solinus
de mirabilibus mundi sic. Ait enim ylium memnonis
stat sepulcrum ad quod ex sempiterno ex ethiopia
caternatim congregate aves advolant quas
ylienses memnonias vocant. Tremnicus autem
est has easdem anno quo in ethiopia caternati
cogere [illegible] gari et undique versu
quonsque qua sunt ad regiam memnonis eveniet
hec ille possumus ergo ex dictis assumere fortui
to contigisse aves illas eo tunc venisse ubi re
gium memnonis funus agebatur et circuisse no
latum locum. Et inde a simplicibus creditum eos
qui se morti dederant in honorem regii funeris
in favillas et ex favillis in aves esse mutatos
Memnonem autem in avem versum nil aliud desi
gnare reor quam nunc celebre famam quod post eius
mortem evolavit longe lateque a gentibus
orbibus et provincie populorum suorum hunc mem
nonem aiunt quandam Susim insigne opidum persie
quod fuit flumino iuxta construisse

De bucolione laumedontis filio qui genuit esipum et pidasum

Bucolion filius fuit laumedontis ut
in yliade testatur homerus dum dicit
Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος πρεσβύτατος γενεῇ ... id est bucolion autem alius

homerus

Ovidius

non ex una consuetudinem

Solinus

Tremnicus

Susis opidum persarum

homerus

glosi lamedontis de hoc aut in hermes ultimus
nisi quod genuerit filios duos Esipum et
pidasum

De Esipio et pidaso filiis bucolionis

Esipus et pidasus filii fuere bucolionis
ut in yliade scribit homerus sic dicens
B ΜΕΝ ΕΤΑΙ ΑΙ ΑΙΟΡ ΚΑΙ ΠΤ Η ΑΛΑ ΚΟΡΟΥ ΕΛΛΟ ΤΕ
ΡΥ Η ΘΗΡ ΜΕΑ ΒΑΕΤ Η ΤΕ ΚΑΙΝΥΑΛΟΡΥ ΒΟΥ
ΚΡΑΡΙΩ ΡΙ ΖΕ Idest que aut ad esipum et
pidasum hos quidam nympha hiis ait anicena genuit
laudatori bucolion quidem strenui iuvenes in pu
gna adversus grecos fuerunt tandem ab eu
rialo quodam greco pugnantes occisi sunt ambo
ut idem testatur homerus **De priamo lamme
dontis filio qui ex hecuba coniuge xix.
genuit inter filios et filias Et ex aliis
mulieribus inter mares et feminas genuit
xxxi. Ex quibus quinquaginta nomina tantum
triginta otto cognovimus que hec sunt
prima creusa . ii. cassandra . iii. yliona .
iiii. laodicee . v. listasi licastes . vi.
medisicastis . vii. polixena . viii. paris
ix. hector . x. helenus . xi. caon . xii.
troylus . xiii. deyphebus xiiii. polidorus
xv. polidorus secundus scotus licaon xvii.
Esacus xviii. antifus . decimusnonus
ysus . vicesimus Teucer . vicesimusprimus
Dimocoontes xxii. Ethemon xxiii.
Cromenon xxiiii. Gorgition xxv. Cebrion .
xxvi. phorbas xxvii. doriclon xxviii.
pammo xxix antiphon xxx. agaton
xxxi. hippotons xxxii. agamon xxxiii.
lacaontes xxxiiii. chistor
Tricesimusquintus phates . tricesimus
sextus Thestorius xxxvii. Tymocces
xxxviii. polites Rubrica**

Priamus laumedontis regis fuit filius
ades notus inter mortales ut vix usque
notior alter sit. Eo quidem adhuc puero existente
ab hercule ylion civitas deleta est et occiso
laumedon et ipse cum multis aliis captus Quem
hercules victus precium pro eo dantibus illis rest
tituit et a redemptione priamus appellatus est
ut fuvio placet. Hunc tandem semidiruntam
patriam restaurasse constat. Voluit que scrip
tores multis eam adversus hostilles im
petus valasse. Nam dicit servius eum sic egisse
ut pro rato haberet secundum plautum tribus stantibus
rebus eam capi non posse vita scilicet troili
palladii conservatione et laumedontis sepul
cro integro quod in porta scee fuit. Secundum
autem alios longe plura ad eam capiendam
oportuna grecis fuere ut scilicet de tali genere alique
interesset unde pirrus ad modum puer ad bel
lum vocatus est ut rhesi regis equi collenti
antequam xanti aquam gustassent. Et ut hercul
interessent sagitte quas misit philotetes
cum ipse non posset afferre morte preventus
priamus ergo laumedonte mortuo regnavit
Cum cum civitas pro votis succederet capta he
cuba filia cipsei regis tracie in coniuge et
ex ea multis susceptis filiis et ex aliis mu
lieribus etiam quam pluribus in tantam evidem regnum suum
ampliavit splendorem ut non solum troie rex
sed totius asie videretur. Sane dum paris filius
eius pro capta hesiona sorore priami ab hercule
helena menelai coniugem rapuisset et de
duxisset in troiam nullis que posset induci
suasionibus ut illa repetentibus grecis restitu
eret eos cum mille navibus in litus troianum
descendentes vidit et ylione etiam obsidentes
et circum igne ferroque cuncta vastantes et sepe
filios suos et naturales et legitimos et auxilia
res reges occidentes Et postremo cesum vidit
hectorem et circa achillis tractum ad cuius redimendum
cadaver dicit homerus in yliade circa finem
notte mercurio duce iuisse et flexis genibus
achillem orasse. Esto dicat servius longe
aliter fuisse. Eum scilicet notte ad tentorium a
chillis accessisse Eumque dormientem inve
nisse adeo ut eum occidere potuisset sed excitas
se potius voluisse atque orasse et obtinuisse
petitum et ab achille usque troia postmodum
prosequutum. Sed hec ab homero compressa neque
laudum achillis erat preter videret dedecorum
suorum recitator. Preterea vidit priamus palla
dium substractum equos rhesi conductos troilum
cesum et paride et ultimo ylium capi et filias
captivas deduci et igne civitatem cremari et
in regia usque sua post politem filium fugien
tem neoptholemum persequutem et in sinu
suo infelicem filium occidentem seque obiur
gantem transfodi gladio. Sane dicit servius
de morte priami varie opinari cum dicant alii
eum a pirro in domo regia captum et ad tu
mulum usque achillis tractum ibique confossum
et busto caput abscisum atque pilo imposi
tum et circulatum alii dicunt ad herceii io
vis aram ut divinus quod opinari videtur
virgilius. Fuerunt enim huic ut ipsemet achil
li narrat in ultimo yliadis libro filii quinqua
ginta inter mares et feminas ex quibus dicit
sex ex coniuge suscepisse. Reliquos vero
ex mulieribus aliis inter suas concubinas.

De Creusa prima filia Priami et Enee coniuge.

Creusa filia fuit Priami ex Hecuba ut testatur Servius fuitque Enee coniux ut sepius per Virgilium patet, eique filium peperit Ascanium. Hanc in exidio Ylionis ab Enea cum patre et filio fugiente perditam dicit Virgilius. Sed non nulli eam ab ipso ex pactione cum Grecis facta occisam volunt ne quis in sua libertate ex semine Priami superesset. Quod satis caute tetigisse videtur Virgilius (Virgilius) ubi Eneam exquirentem eam describit et illius umbram loquentem Enee inducit atque dicentem: Non ego Mirmidonum sedes Dolopumque superbas Aspiciam aut Grais servitum matribus ibo Dardanis et dive Veneris nurus. Sed me magna deum genitrix hiis detinet oris etc. Et sic patet postquam a nemine capta se dicit sed detineri a matre deum que terra est ibidem mortuam debitam atque in fossam.

De Cassandra II. Priami filia.

Cassandra filia fuit Priami et Hecube formosa virgo. Quam cum amaret Apollo eiusque concubitum peteret, pecijt Cassandra munus quod illi Apollo se daturum iuramento firmavit. Petijt ergo ut vates fieret et facta est. Volens autem Apollo quod petierat ipsa negavit. Quamobrem turbatus Apollo cum auferre nequiret quod dederat egit ut nulla prestaretur fides vaticinijs suis et sic factum est. Nam cum ex raptu Helene quid futurum esset tiamsi prediceret non solum credita sed a patre et fratribus sepissime verberibus castigata est. Hec autem Corebo Migdonio iuveni desponsata fuerat Virgilio asserente. Tandem cum nondum nuptias celebrasset capto Ylione et ipsa infelix a Grecis capta est ut idem dicit Virgilius. Verum Ylione diruto et preda inter principes divisa misella in sortem contigit Agamenoni. Que passa secum tempestates maris Agamenoni que illi fata servaverant a quibus predixit ut Seneca (Seneca) poeta testatur in tragedia Agamenonis sed more solito nil sibi creditum est. Ex quo ut in Odissea testatur Homerus factum est ut in convivio ab Egisto et Clitemestra Agamenon occideretur et ipsa iubente etiam Clitemestra perimeretur. Quod autem de Apolline fictum est ab eventu sumptum videtur. Studuit enim virgo ut vaticinio instrueretur et eo quod optime proficeret ab Apolline divinationis deo diligi visum est dictumque illa ab eo concessum quod labore quesiverat. Et quoniam fides dictis eius non prestabatur quod figmenti superest additum est.

De Yliona III. Priami filia et Polimestoris regis Tracie coniuge.

Yliona ut sermo placet filia fuit Priami et ut asserit Paulus ex Hecuba. Hec vero ne vetis hospitii et insignis amicicie ut dicit Servius Polimestori regi Tracie matrimonio iuncta est.

De Laodice quarta Priami filia et Helicaonis coniuge.

Laodices Priami fuit filia et Helicaoni filio Anthenoris regis Tracie nupta. Quam vocabant Troiani Laodicem Ytaleo. Hec autem testatur Homerus in Yliade dicens: ΤΗ ΒΑΡΤΙ ΡΟΙΑΔΗ ... [Greek] etc. Id est: Quam Antimorides habebat vero Helicaon Laodicem Priami filiarum specie optima. Hanc Hecube ego filiam fuisse puto.

De Licaste quinta Priami filia et coniuge Polidamantis.

Licastes ut asserit Paulus filia fuit Priami pulcritudine insignis adeo ut captus ex ea Polidamas Anthenoris et Theano sororis Hecube filius illam ex concubina susceptam sumeret in uxorem.

De Medisicasti sexta Priami filia et Polipi coniuge.

Medisicastis filia fuit Priami naturalis nec habetur ex qua matre. Que quidem nupsit Polipo Inctoris filio ut in Yliade testatur Homerus ubi dicit: ... [Greek] etc. Id est: Habitabat quod Pidron antequam venerit filij Achiuorum filiam autem Priami notam habebat Medisicasti. Huius Medisicastis virum scilicet Polipum in certamine ab Teucro Thelamonis filio occisum dicit Homerus.

De Policena VII. Priami filia.

Polisena virgo filia fuit Priami et Hecube ut persepe testatur Euripedes (Euripedes poeta) in tragedia cui titulus Polidorus. Hec inter ceteras Troianas formosior fuit ob quam formositatem infortunio suo ab Achille dilecta est. Quo amore in mortem fortissimi iuvenis Hecuba proditoria usa est. Non existimans per Achillis vulnera sanguinem innocue virginis se fusuram. Hanc quidem post Ylionem eversam ut Seneca (Seneca) tragicus testatur in Troiade Pirrus Achillis filius ad placandos patris manes poposcit ei que post longum iurgium sic suadente Calcante vate concessa est. Quam ornatam ritu virginum nuptias celebrantium ad Achillis tumulum truculentus deduxit iuvenis. Et quoniam ab ymigine Achillis petita dicebatur ut dicit Euripedes in Falletata tragedia ibidem interemit

De paride octauo priami filio qui genuit daphnidem et ydeum

Tullius de diuinatione

Paris qui alio nomine Alexander dictus est filius fuit priami et hecube ex quo talis [a]lia recitatur historia. Dicit enim tullius ubi de diuinatione scribit hecube pregnanti ea scilicet pregnatione ex qua postea natus est paris per quietem uisum facem parere troiam omnem comburentem atque dissipantem. Ob quod sompnium anxius priamus apollinem consuluit. Qui respondit nascituri filii opera troiam omnem periturum. Quamobrem priamus hecube nasciturum iussit exponi. Hecuba autem cum speciosissimum filium peperisset misericordia tradidit eum quibusdam qui illum pastoribus regiis alendum tradentes et sic sub yda a pastoribus educatus est. Et cum adoleuisset oenonis nymphe ydee contubernio usus duos ex ea suscepit filios. Preterea cum inter quoscunque litigantes esset equissimus in maxima iusticie fama euasit adeo ut litigantibus de formositate pallade iunone et uenere propter aureum pomum a discordia eis in conuiuium proiectum in quo digniori detur erat inscriptum a ioue ad eum pro sententia remisse sint. Que ut autem illi sub oportunis nemorum umbris loco cui mesaulon dicebatur remotis uestibus paridi monstrarentur eique dixit pallas si eam ceteris pulchriorem diceret illi rerum omnium cognitionem daturam. Sic et iuno regnorum et diuitiarum dominium. Venus autem pulchriorem orbis mulierem spopondit. Qua tractus concupiscentia siluanus iudex ueneri debere pomum iudicauit.

fabula trium dearum

Tandem ut dicit ennius hic paris secundum troica neronis fortissimus fuit adeo ut in agonali certamine quod agebatur troie superaret omnes et ipsum etiam hectorem. Qui cum iratus quod uinceretur in eum stringeret gladium pastorem putans dixit se esse germanum quod allatis crepundiis probauit cum adhuc sub habitu lateret pastorali. Et sic uidetur quod cognitus receptus fuit in domum priami inde compositis uaticinii. Nam ut a priamo sub spe legationis ad repetendam hesionam in greciam missus est ubi ut aliqui uolunt et hoc inter omnes ouidius ut in epistolis eius patet a menelao hospicio susceptus et honoratus. Alii uero arbitrantur eum in greciam uenisse absente menelao et ad famam pulcritudinis helene tractus sparten petiisse ciuitatem et eam expugnasse animo regum agamenonis primo non existentibus ibi castore et polluce qui ad agamenonem properarunt et secum hermionam helene et menelai filiam duxerunt et sic ciuitate capta helenam renitentem rapuisse et omnes thesauros regios abstulisse quod satis eleganter tangit uirgilius dum dicit: aut cum dardanius spartam expugnauit adulter et cetera. Et ob hoc uolunt qui hanc opinionem tenent helenam post captum ylionem meruisse a uiro recipi.

Ennius

Ouidius

Virgilius

Ex qua rapina bellum decennale grecorum aduersus troianos suscitatum est. In quo refert homerus paridem ab hectore fratre increpitum descendisse semel in singulare certamen aduersus menelaum superfuisse. In quo cum aptissime uinceretur a uenere eum prelio subtractum dicit adiciens impulsu minerue pandarum in menelaum sagittasse atque eum uulnerasse. Et sic quod erat singulare in uniuersale certamen deuenit. Postremo iam hectore et troilo peremptis ab achille cum ipse arcu et sagittis quibus plurimum ualebat achillem fraude hecube ad desponsandam polisenam in templum tymbrei apollinis nocte et solum euocatum occidisset et ipse a pirro achillis filio occisus est. Paucis quippe fictionibus hec historia interlita est. Quas enucleare uolentes primo iudicium paridis uideamus. In quo sententia fulgencii meo iudicio sequenda est. Dicit enim triplicem mortalium uitam esse. Quarum prima theoretica dicitur. Secunda practica. Tertia phylargica. Quas nos uulgarioribus uocabulis contemplatiuam actiuam et uoluptuosam nuncupamus. De quibus aristotiles ut de ceteris optime facit disserit in primo ethicorum. Has igitur Iuppiter id est deus ne uideatur aliquam reprobando arbitrium liberum cuique surripere ad iudicium paridis id est cuiuscunque hominis remittit ut ei liceat quam maluerit approbare et sibi sumere. Quid autem sumenti uoluptuosam sequatur exitu paridis demonstratur. Quod autem pugna a uenere subtractus sit ad eius declarandam ignauiam dictum est ut appareat quod [illegible] careret uenereis. Pandarum autem a minerua impulsum ideo dictum est ut ostendatur astutia troianorum qui uidentes de fide paridem ut eum morti subtraherent non seruatis pactionibus in menelaum fecerunt insultum.

Iudicium Paridis

Vita triplex Aristotiles

De daphnide et ydeo filiis paridis

Daphnis et ydeus ut paulus affirmat filii fuere paridis ex oenone nympha ydea seu pegasea cuius amicitia usus dum pastor esset suscepit de quibus nil memoratu dignum comperisse memini.

De hectore priami filio nono qui genuit astianattem

Hector precelsa corporea uirtute insignis [h]iatum omnium carminibus celebris uniuersis

fama inclitam in novissimum usque diem forte
victurus filius fuit priami regis et hecube
hunc in coniugem suscepisse Andromatam
filiam ectionis thebarum cilicie regis testatur
homerus. Ex qua iam exorto grecorum bello
filium suscepit nomine astianattam esto ipse cama
drium appellaret. Hunc igitur et similitudinis disci
pline plurimum inesset tam grandis erat ei au
dacia et corporis robur ut post occisum a thesa
lo primum in litus troianum ex grecis navi
bus prosiliente troianorum aciem componere potentia
sua non solum adversus grecos ad subsistendum
patientem faceret sed ad insiliendum redderet
audacem. Et quod mirabilius erat ipse solus
sepissime grecorum turmas aggredi ausus
est et hinc distractas fugientes adeo quod omne
agmine cogeret ut solus esset terror achivis om
nibus. Hic adversus aiacem thelamonium ut ait
homerus singulari pugnavit certamine
noctem supervenientem non minus aiaci grata
quam sibi diremit duellum a quo more prisco
cum discederet gladium illi dono dedit quo se ai
ax postmodum interemit et ab eo suscepit bal
theum quo ornatus ab achille occisus est et
post currum tractus ut ait servius. Tandem
cum multos etiam grecorum principes morti de
disset patroclum achillis amicum et suis
insignem armis occidit achillem existimans
superasse et armis induitum insignibus propa
inclitus ingenti troiam intrarunt sue ne
cis irritamento gloriosus. Nec multo post
cum achille congressus seu fessus esset hector
seu multum prevalleret achilles ab achille supera
tus occubuit et non solum armis ornatuque
reliquo a victore spoliatus est verum et cur
ru cum baltheo ab aiace concesso tractus circa
ylionem priamo etiam prospectante est et ad naves
usque grecorum devectus. Quas penes senecis
nnueis nondum posito amici occisi dolore in
dictum cadaver per dies duodecim insepultum ser
vavit donec noctu redemptionis inefabilis
pretio priamus veniret ut scribit homerus. Verum
eodem homero teste iussu Iovis ab appolline
cadaver insignis ne corrumperetur cum fuit sacris
liquoribus perlitum est priamo ante restitutum
yliadum latine et merore publico et solemp
ni ceremoniarum veterum pompa tumulatum
est eiusque cineres aurea in urna servati. In
hac historia nil fictum est preter quod ab appolline
sit cadaver curatum quod sensum est a medico in
sui achillis dicebat leontius et hoc non homo
visitem causa expectatione pecunie qua sperabat
cadaver redemi si integrum servaret uti
forum et multis eius susceptis muneribus posce
ti priamo reddidit. Hunc unum tantum legisse
filium memini astianattem scilicet verorum iudicio
aliorum plures fuere. Credidit Eusebius et
Beda unusquisque eorum in libro quem temporum
scripsere hectoris filios post lapsum temporis ili
um recepisse heleno eis subsidium prestante
ac postos anthenoris ex ylione pulsos regnan
te latinis ascanio enee filio. Insuper Vince
tius gallicus historiographus velle videtur franco
rum reges hodiernos filios hectoris antiquissi
mam originem habuisse asserens a francone quo
dam hectoris filio cum in extremam germaniam
aufugisset sicambria civitate condita
et tractu temporis huius francionis successores re
pas observantes danubii in occiduum descendisse
ac marcomanno priami filio et samone ex
posteris anthenoris ducibus gratiam cesaris
augusti tempore transnatato reno eas in partes
venisse quas semper postea tenuere sibique ex his
is ducibus reges constituere et in posteritate
longa atque fulgida devenere. Quod etsi mul
tum non credam absit ut omnino negem cum omnia sint
possibilia apud deum.

De astianatte hectoris filio

Astianattes ut sepissime in yliade tes
tatur homerus et seneca poeta in tro
iade tragedia unicus fuit hectoris filius
ex andromata natus eidem post inchoatum
bellum inter troianos et grecos ut satis per vir
gilium sentitur ubi describit andromatam
ascanium alloquentem quod etiam ex tragedia
senece preallegata colligitur. Ubi cum ab ulixe
quereretur in mortem ut parvulorum moris est
confugit ad matrem sed tandem in argente
grecis expostulantibus redditus cum naves a
sigeo solverent ut quidam volunt e turri deiectus
est et alii saxo illisus et sic mortuus ne
ulla priami generis libera superesset posteritas.
Hunc homero teste hector ut plurimum vocabat
camandrium.

De heleno decimo priami regis filio

Helenus priami fuit filius et hecube
vaticinio insignis ut de eo loquens tes
tatur virgilius dicens Troiugena interpres
divum qui numina phebi qui tripodas cla
rii lauros qui sidera sentis et volucrum lin
guas et prepetis omina penne fare age et hunc
sunt qui dicant a grecis indultum quod captus
eis oportuna ad troiam capienda revelasset.
Ipse tamen ylione deiecto pirro achillis filio na
vigationem prohibuit predixit quod futuram peste
naufragantibus. Quamobrem non solum a pirro

Andromaca fuit filia ectionis

fortitudo hectoris

Vincentius

reges francorum ab hectore descendisse

Seneca

Virgilius

homerus

Virgilius

vita ſuatus eſt ſʒ ab eo in epirū deductus et
ibidem illi regnū pte conceſſa cū hermiona
rapuiſſet horeſti andromatam olim hectoris
cōiugē quā loco vxoris tenuerat illi iūxit cō
iugio. Et tandem cū pirrus ab horeſte occi
ſus fuiſſet in templo appollinis vt dr̄ ſimue
moloſſum pirri filiū que illi andromata pe
pererat et eius regnū ſuauit Quiquid er
helenus cū regn̄ ſuū thaonia de noīe fr̄is
appellaſſet ibidem ad inſtar troie ciuitatē
edificauit in qua eneam pfugum ſuſcepit
et honorauit et donatis muneribꝫ in iter
ceptū dimiſit quis tn̄ illi fuerit finis non
legi ~ De chaone priami Regis filio
vndecimo

Chaon vt dicit ſeruius filius fuit priami
ex qua mr̄e nō dr̄ huic inſup ait ab
heleno in venatione inaduertent̄ occiſum
et ob id q̄ī in pditi fr̄is ſolatiū reḡ portioē
q̄ heleno fuerat a pirro conceſſam ab eodē
heleno taoniam noīatam

De thoylo xij. priami Regis filio

Troilus fuit priami regis ⁊ hecube fili⁹
vt ſatis abſqꝫ teſtio notū eſt hic aūt
adhuc adoleſcentul⁹ auſus aduerſus achillē
pugnā arripe ab eo occiſus vt patet liq̄do
p virgiliū ibi parte alia fugiens amiſſis
troilus armis ⁊c̄

De deyphebo xiij. Regis priami filio

Deyphebus filius fuit priami ex hecuba
qui cū multa in hoſtes egiſſet dum
ſe tutū arbitraret occubuit Nam int tumul
tū capti ylionis dormiens inſidijs helene
quā poſt morte paridis coniugem duxerat
occiſus et turpit laceratus fuit vt apud
virgiliū refert eneas qui illū inſignia vol
nerꝫ ſuante apud inferos deſcribit ibi atqꝫ
hic priamidem laniatū corpe toto et infra
per plures verſus

De pollidoro xiiij. priami Regis filio

Polidoros ergo duos fuiſſe priami filios
comperio. Nā vnū ex hecuba ſuſce
piſſe in tragedia q̄ polidorus intitulatur
Euripides / homerus
pleniſſime aſſerit Euripides alterū vero
ex laothoi filia altai ſuſcepiſſe dicit home
rus in yliade eūqꝫ in pugna ab achille occi
ſū. Nos autē de pmo pſequamur. fuit ḡ iſte
priami filius ⁊ hecube quem vt dicit euripi
des priamus filijs ad futuros euētus cū ma
ximo auri ponde miſit tracia ad polymeſto
rem regem antiquū hoſpitē et amicum
atqꝫ generū ſuū vt eū aleret et cū auro
ſuaret Sane cum iam in grecos letiori vul
tu pſpice videtur fortuna cū illa polymeſtor
ani vertit et auricupidus polidoꝝ in litore
ſpatiantem telis aggredit̄ ⁊ fuiſſe fidem im
plorantē occidit cadauerqꝫ tumulū ſup iecit
cui ſup creuere multi virgulta hec aūt a
virgilio ſcribunt̄ ibi hic polidoꝝ quondam
cū ponde magno et infra per plures verſus
in quibꝫ et refert qualit̄ virgulta ex hijs q̄
dā fortuitu ab enea diſcerpta emiſſe ſangui
nem et demū verba quibꝫ vt fugam arri
pet enea pmonuit. Hijnis eximē pt̄ ml
aliud tegit figmentū q̄ʒ q̄ iuntera quibꝫ
amica ſunt litora ad inſtar iaculoꝝ emi
tunt virgulta ſanguis vero emiſſus mor
tis violenta ſpeciem deſignat. Sic ⁊ verba
homi cōſocioꝝ relata per q̄ comprehendit̄
iniquitas occiſoris et monetur quis apd̄
tales mora non eſſe trahendam

De pollidoro quintodecīo et licaone xvj. filiis priami Regis

Polidorus hic alt̄ a ſupiori et lycaon
filij fuerūt priami et laothoy vt ſatis
apud homerū lycaon oſtendit achilli dicens
Te precor achille miſere mei itur⁹ eni tu⁹
ſeruus ſum quo miſeris te penes in quiuno
ſu dum me in viridario cepiſti et in lem
non trāſmiſiſti duodeciā dies abijt poſt q̄
ad ylionē redij et in tuas manus iteꝝ
reduxit me deus me iuuenem vides que
genuit laothoi filia Altai ſenis q̄ belleges
ſi dñabat̄ hui⁹ aūt filiā priamus hēbat et
alias Ex iſta aūt duo nati ſum⁹ tu ante
ambos iugulabis certe pmū int pedeſtres
domuiſti polidoꝝ deo ſimilem et penſtiſti
lancea Nūc aūt mī infortuniū priamus tu
as effugere man⁹ nō poſſum ſʒ hoc in aīo
ponas queſo ne me inficias. Non eni ex
vno ventre cū hectore ſū qui tibi ſociū int
fecit ⁊c̄ Veꝝ achilles inl miatibꝫ pcibus
cū ignominioſis obiurgans verbis et in cama
drum flumine impulit et in eodē miſere pe
rijt Patet ergo ex verbis hui⁹ polidorum
hunc alium a pmo fuiſſe Qui vt teſtat̄ ho
merus plurimū diligebat̄ a priamo eo q̄
iunior filioꝝ eēt et ob id nō pmittebat il
lum in pugna deſcendē vincebat in hic cele
ritate pedū quoſcūqꝫ coetaneos ⁊ mirabi
lem de ſe pbebat in dolem. Verū die quadā
neſcio priamo armatus deſcendes in hoſtes
incidit in achillem qui lancea eū pcuſſit
et fractis obſtaculis armorum infelicem

enſceraunt. Cumque ipſe viſceribus manum colli[gen]-
do abiret. debilitatus occubuit, nec potuit hec-
tor in eius ſalute veniens cum e manibus mor-
tis ſubtrahere

De Eſacho xvii. priami filio

Eſacus filius fuit priami et aliſirote di-
maniatis filie ut dicit ouidius. Quamvis
cum illum plures circa diminutis eſacon umbroſa
furtim peperiſſe ſub yda fertur aliſirote etc.
hic ante bellum troianum diu natus eſt et
mortuus paulo ante incium ex quo talem
recitat ouidius fabulam. Erat hunc ciuitate
exoſa et libens nemora colebat et cum con-
tigit die una ut videret heſperien virginem
capillos pectentem ſuos atque ſiccantem ex eius
caperetur formoſitate. Quem cum vidiſſet heſpe-
ries ad ſe accedentem confeſtim fugam arri-
puit. hic vero dum illam ferventer ſequeretur
et contigiſſet ut virgo fugiens ab angue
inter herbas latente morderetur ex morſu acri
dolore contuſſus in deſiderium mortis incid[i]t
et ex ſcopulo ymo ſe in mare precipitem
dedit. Cuius inſta techis eum mutavit in
mergum nondum ſic vocitatum ipſe tamen vitam ſper-
nens dum ſepe mergeret moriturus in un-
das mergi nomen ſortitus est. hunc priamus cum filiis
ſicco illi tumulo flevit diu eo quod ſi vita man-
ſiſſet hectore non videbatur futurus infe-
rior viribus. Eum ante id in mergum verſum
dicit theodontius quia vivus deſcendit ad yma
et ab aquis mortuus in altum reductus eſt
Ego autem puto ideo in mergum verſum editum
ſeu dictum eo quod qui nare non norunt ſi in aquas
cadunt antequam moriantur mergunt et in altum
ſepius redeunt more mergi. Seu forte ſic conti-
git ut dum in aquas cecidiſſet eſacus et re-
manſiſſet in fundo mergus qui ante aquas
intraverat tunc eas exiens evolavit. Et hinc
ſumptum eſacum in mergum verſum

De antipho xviii. et yſo xix priami filiis

Antiphus et yſus priami fuere filii ver[um]
antiphus ex hecuba ſuſceptus est. ceterum
nothus yſus extiterit ut auctoritate conſtat
homeri. Qui in yliade ſic de ambobus ait.
ΑΥΤΑΡ Ο ΒΗ ΙΣΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΤΙΦΟΝ ΕΞΕΝΑΡΙΞΩΝ
ΥΙΕ ΔΥΩ ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΝΟΘΟΝ ΚΑΙ ΓΝΗΣΙΟΝ ΑΜΦΩ
ΕΙΝ ΕΝΙ ΔΙΦΡΩ ΕΟΝΤΑΣ Ο ΜΕΝ ΝΟΘΟΣ ΗΝΙΟΧΕΥΕ
ΑΝΤΙΦΟΣ ΑΥΤΑΡ ΕΚΑΛΟΣ etc. Idest filios
duos priami nothum et legittimum am-
bos in uno curru euntibus ſed nothus
frena regebat antiphus autem tranſibat etc.
Reſtat igitur quod yſus erat nothus qui frena re-
gebat hii tamen ambo ut extant ab agame-
none in pugna una hora occiſi ſunt et ob

id inuictos appoſui

De teucro vicesimo priami filio

Teucer ut affirmat barlaam filius fuit pri-
ami ex nympha ſuſceptus anthidona et
eſt hic is a quo teucri appellantur troiani. Nam
ille longe fuit antiquior et filius ſcamadri
cretenſis qui ob penuriam frugum relicta
creta venit in frigiam et cum dardano ſe-
cum thomo regnavit hunc tamen dicit barlaam bello
non interfuiſſe cum paulo antea diu in bebricys
ſilvis venaretur ab ingenti urſo laceratus fuiſſet

De dimoconte priami viceſimo primo filio

Dimocoontes filius fuit priami ex quo tamen
matre non habetur ſed naturalem fuiſſe ſatis per
homerum apparet in yliade dicentem de eo ſic. ΑΛΛ Υ-
ΙΟΝ ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΝΟΘΟΝ ΒΑΛΕ ΔΗΜΟΚΟΩΝΤΑ etc.
Idest ſed filium priami nothum percuſſit
dimocoontem. hic ab ulixe occiſus eſt in pugna
ut in textu ſequitur homeri et hoc in vindictam
leuci ſocii ulixis occiſi ab antiphone filio pri-
ami.

De ethemone xxii. et cromenone xxiii. filiis priami

Ethomon et cromenon priami fuere filii
naturales de quibus in yliade ſic dicit homerus
ΕΝΘ ΥΙΑΣ ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΔΥΩ ΛΑΒΕ ΔΑΡΔΑΝΙΔΑΟ
ΕΙΝ ΕΝΙ ΔΙΦΡΩ ΕΟΝΤΑΣ ΕΧΕΜΜΟΝΑ ΤΕ ΧΡΟΜΙΟΝ
ΤΕ etc. Idest poſtea filios priami duos cepit
dardamidis et in uno curru euntes ethemona
et cimenone. hos enim duos ut ſatis perſequentem
homeri verba patet diomedes peremit in pugna

De gortitione xxiiii. priami filio

Gorgition ex caſtinuira priami fuit filius
ut in his teſtatur homerus. ΚΑΙ ΤΟΥ
ΜΕΝ Ρ ΑΦΑΜΑΡΘ Ο ΔΕ ΓΟΡΓΥΘΙΩΝΑ ΑΜΥΜΟΝΑ ΥΙΕΑ
ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΚΑΤΑ ΣΤΗΘΟΣ ΒΑΛΕ etc.
Idest et hunc quidem fefellit hic in reprehenſi-
bilem gorgitionem filium amplum priami
per pectus percuſſit celo
hunc ut poſtea ſequitur in textu priamus ex caſ-
tinuira in eſima ciuitate propinqua troie ſuſ-
cepit. Qui poſtea in certamine apud troiam
athenero thelamonis filio confoſſus occubuit

De cebrione viceſimoquinto priami filio

Cebrion filius fuit priami ut per homerum
patet in yliade dicentem. ΚΕΒΡΙΟΝΗΝ ΝΟΘΟΝ
ΥΙΟΝ ΑΓΑΚΛΗΟΣ ΠΡΙΑΜΟΙΟ etc. Idest Cebrionem
nothum alium gloſi priami. Iſte cebrion ut idem
homerus in yliade dicit in pugna penes tro-
iam a patroclo ſaxo ictus interiit.

De phorbante xxvi. priami filio qui genuit ylionem

Phorbas filius fuit priami et epiteſie
filie ſtaſippi migdonii ut dicit paulus

Quem adeo senem tempore belli fuisse scribit ut potius
fuit quam filius priami videretur et ob insitam armorum
virtute non obstantibus annis etiam prohibente priamo
in certamine sepius descendit et tandem
a menelao gladio obtruncatus est. esto dicat
servius quoniam teste inducat homerum hunc phorba
tem nunquam pugnasse quoniam sibi famisset mercurius
quod ego minor in yliade non vemisse dato credibile
sit non omnes qui in certaminibus illis pugnavere
ab homero positos. Et ante hunc fuit servius le
tisse non memini

De ylioneo phorbantis filio et cetera

Ylioneus phorbantis filius fuit ut asserit
paulus quod etiam testatur servius. Qui tamen vel
qualis hic in armis fuit apud troiam non legi.
verum ut per virgilium patet eloquentia valuit plurimum
nam ipse fuit qui secutus eneam post yliones
excidium didonem pro salute sua atque sociorum oravit
et eloquio placavit. Et cum iam in ytaliam venisset
eneas ad latinum regem princeps legationis fuit

Ylioneus qui concionatus est apud virgilium didonem
pro troianis fuit filius priami

De doriclone priami filio vicesimoseptimo

Doriclon teste homero nothus priami fuit filius
dicit enim in yliade sic aiac tew e dy p
ett aneps o hat nob y kao p it e y anyan p
o e p vioc. et cetera. Id est aiax troianus insultus
accepit et occidit doriclonem priami nothum
filium

De pammone xxviii. antiphone xxix.
agathone xxx. hyppothoo xxxi. et aga
uone xxxii. filiis priami

Pammonem anthiphonem agathonem
hippothoum et aganonem filios fuisse priami
his carminibus in yliade demonstrat homerus
e itte xo m k poio. te k ot yo trao yp dit po. no k
da yh k h h p kak poy te tta tip talatio o pate
dio p tta n no pattay h y e o p op te k ay ko nc a
ta eo y tto a y to p att y o e k op te k ay k nt itto tto
eo p kaya w pat a p op. et cetera. Id est fratres cuncti
hic at filios proprios clamabant immu
nans. hellenum. parimque. agathonemque
glosium. pammonem. antiphonemque et
voce bonum politon. deyphebumque et ypp
thoum et divum. aganonem
hos quidem omnes ut hac in parte dicit homerus
iturus nocte priamus ad achillem redemptione
cadaveris hectoris iratus clamabat ad preparandos
sibi currus, et alia oportuna quibus conceptis
in illis seu quid ex eis post modum contigerit
nec dicit homerus nec alibi memoratos invenio

De laocoonte xxxiii. priami filio

Lathoontem filium priami fuisse et appollinis
sacerdotem invenitur habuit papias

papias

affirmat. Ex quo quidem mentionem facit
virgilius dicens primus ibi ante omnes magna
comitante caterva laocoon ardens summa decur
rit ab arce et cetera. Dicit quidem virgilius quod hic
percussit hasta equum paratum a grecis et ob id
a duobus draconibus duos filios suos primos de
voratos et ipse deinde ab eisdem captus et cir
cumflexus tamen utrum fuit occisus non satis ap
paret nec aliud inde dicit De mistore
trigesimo quarto priami filio

virgilius

Mistor filius fuit priami ut in yliade osten
dit homerus ubi conquerit priamus quod
omnes filii sui qui optimi erant in armis occisi
sunt et inter alios nominat istum mistorem

De yphate xxxv. et testorio xxxvi.
filiis priami

Yphates et testorius ut dicit paulus fi
lii fuere priami quos illi uno partu peperi
ma ydea nympha cuius equam ipse furtim
in ydeis in venacione compresserat cuius quidem
rei testis ut dicit homerus esto quod in libro non scrip
serit Addit insuper eos meutes una aciter
pugnantes apud ylionem ab antiloco nestoris fi
lio trucidatos

De thymoete xxxvii. priami filio

Thymoetem dicit servius priami et arisbe
fuisse filium ubi advertendum thimoete
ut testatur ephorion vate fuisse qui cum dixisset
die quadam nasci puerum per quem troia posset
everti contigit ut ea die qua a thimoete predicta
fuerat pareret eque thimoetis coniux et he
cuba. Quamobrem ad evitandum presagium pa
mus thimoetis natum filium uxorem quam iussit
occidi Et hinc tractu temporis factum est ut thi
moetes iniurie memor adversus priamum sentiret
in proditione civitatis Quod satis videtur ex ver
bis virgilii concipi dicentis pars stupet innup
te donum exiciale minerve Et molem mira
tur equi primus quam thimoetes Duci intra mu
ros hortatur et arce locari Sive dolo seu iam
troie sic fata ferebant et cetera. Alii vero volunt thy
moetem filium non fuisse priami sed arisbe virum
ex qua priamus filium suscepit quem mox cum
matre fecit occidi ut supradictum est Et thimoe
tes postea tamen ob mortem coniugis quam peperit
in ea a priamo adulterium adversus priamum
cum grecis sensisse

servius

virgilius

De polite xxxviii. priami filio Qui
genuit. priamum

Polites filius fuit priami ut carmine vir
gilii sumitur. ubi dicit ecce autem elapsus
pirri de cede polites unus natorum priami et cetera nec

multo post

multo post si quis leget aduertet facile hecu
be etiam fuisse filium hic autem polites cum multa
egisset in bello pro patrie defensione tandem
ciuitate capta a pirro achillis filio in sinu
priami patris spectante hecuba infelix occi
sus est.

De priamo polite filio

Virgilius — Priamus filius fuit polites secundum virgi
lium in eidam dicentem vna acies iuvenum
ducit quam pueris ovantem Nomam referens
priamus tua clara proles progenies et actiua
ytalos etc. hunc eneas parvulum ex excidio se
cum deduxerat astianax filii socium

De assaraco troyli Regis troye filio

Infelici laumedontis troili regis filii
prole sine usque deducta ut ad assaracum
eiusdem troili regis filium veniatur hamus
calamum necesse est. ut vetustissimos romani
nominis parvos et dardani prolem integram de
signemus fuit igitur assaracus troili re
Ovidius — gis troie filius ut in de fastis testatur ovidius
dicens huius erit thonius tros est generatus
ab illo assaracum tros hic etc. Gestorum huius
assaraci nulla extant monimenta sic omnia
vetustas absorpsit Sed prolixitate sobolis clari
tas non minus illum reddit illustrem quam in
fortunium ingens deiecti ylionis reddiderit
Nam ubi ex ancillacia minima ylion adum
genus desolatio subsecuta est sic ex humilitate
prolis assaraci roma rerum domina constituta
et cesarum familia propagata fulgentis apud
mortales glorie testimonio sempiterna

De Capi filio assarachi Qui genuit anchisem

Capim assaraci fuisse filium et ubi su
pra testatur ovidius Tros est generatus ab
illo Assaracum creat hic assaracus que ca
pim etc. Et huius capis sicut et assaraci fa
cinora eque abolevit antiquitas in luce
tamen modo resignato quod anchisem genuerit gno
se successionis gentis iulie parentem in
clitum et inclite pietatis filii testimonium sem
piternum

De anchise filio Capis Qui genuit ypodamiam et Eneam

Anchises filius fuit capis ut idem ovidius
ubi de genealogia enee continuans
Dicit sic assaracum creat hic assaracus que
capim proximus anchises etc. hunc fuit
qui dicant ante troianum bellum civitate re
licta nemora et solitudines coluisse arme
tis intantum et gregibus circa que ut plurimum
fuere divicie antiquorum Quibus cum apud

symeontem flumen vacaret a venere dilectus
est et ei est amicitia atque concubitu usus adeo
ut ex illa susciperet eneam filium. Constat tamen
et coniugem habuisse. Cum ex ea dicat homerus
filias suscepisse Et postea cecum fuisse dicit
finus et ob id troianorum consilio non inter — anchises cecus fuit
fuisse cecitatis tamen nonnulli dicunt fuisse causa
se cum venere concubuisse iactasset et inde ab ea
dem fulminibus privatum. Capto autem ylione
et incenso volente cum cecum trahere enea ut
testatur virgilius potius quam abire vellet con
stat mori dispositum verum cum flammulam absque
lesione capiti astianax insidentem vidisset
capto omine fausto filio obtemperasse legitur
Male tamen que est opiniones virgilii et servii
quorum alter cecum dicit alter flammulam vidisse
asserit. Abiit autem cum fugiente filio ab
enea ipso humeris portatus et mille volatia
tela subtractus et navibus usque drepanum
cicilie opidum devectus est et ibidem senio mor
tuus et in monte ericis sepultus, et hoc
secundum virgilium alii tamen aliter sentiunt Nam
catho in ytalia usque venisse confirmat. Et — Cato de morte anchise
finus dicit varrone dicente ossa anchisis in — dissentit a virgilio
vente oraculo a dyomede diruta et asporta — varro
ta deinde cum multa mala perferret ab eo
de dyomede cum palladio Restituta Quod
virgilius ipse tangit dum irata didone ad
uersus enea loquentem describit atque dicentem
anchise cineres manes ve revelli etc. quasi
velit dicere non ego hoc feci sicut diomedes
postea videtur velle finus hac ob causam a virgi
lio in persona enee dum iterum salvete recepti
Ne quicquam cineres aieque umbreque paternis etc. qui
semel ex troia suscepti sint et a dyomede
iterum. Ubi tamen per hec mortuus sit comprehendi non
potest si videntur verba servii eo pendere ut apud
troiam in captam urbem obierit Sustu
lisse ante anchisem ex venere filium qualiter in
telligitur infra ubi de enea servandum dixi.
Quod autem obcecatione ab ea cecatus sit
sic intelligendum existimo Consueuere nonnulli
iuvenes inter precipuas felicitates suas frequen
tes emiare coitus et plurium mulierum ami
cicias quod exhoc velint quod eorum formositas
videatur commendanda eo quod a multis aut deside
rentur aut suscipiantur feris sic et robur extol
lantur quod in coitu valentes perseverantes que
appareant. Ex quo quidem crebro coitu persepe — Coitus plurima
egritudines oriuntur et plurimum virtutes de — gignit mala
bilitantur corpore et visiva potissime Nam cer
tissimum est nonnullos non solum in breve visu

sed in cecitate integra ob coitum devenisse et
progenito obcecationes deserti dicunt et
merito a Venere obcecati Sic et anchisi con
tigisse potuit quod Venerem in deserto visus
obcecatos coitus evenisse dictum est Sane
ne videatur penitus a Virgilio discrepare potuit
in anchise esse visiva virtute debilitatem
adeo ut aut non discerneret quem conspiceret
aut non nisi ex proximo videre posset Quos
tales veteri quadam consuetudine loquendi cecos
dicimus esto et solis radios et ignis videant
flammas et sic potuit anchises cecus esse
ut dicit Servius et flammulam videre nepotis ut
dicat Virgilius Huic preter eneam fuere ex quam
ge filie ex quibus sola yppodamia nominatur

De yppodamia anchisis filia

Yppodamia ut in yliade placet homero
filia fuit anchisis et antiquior filiarum
ut appareat eum alias habuisse filias. hec for
mosa plurimum fuit parentibus dilectissima Que
tamen fuit mater non habetur Eam tamen in coniugem
traditam alchataom troiano qui postea ab
ydomeneo cretensi in pugna apud troiam
occisus est De reliquis autem filiabus nec ho
merus ipse nec alius quem ego legerim ad vest

De Enea anchisis filio. Qui genuit Julium ascanium et Silvium postumum

Eneam filium fuisse anchisis et veneris et
poete veteres predicunt et moderni habent
auctores et si plurimum extollatur homeri carmine
tanta cum carmine virgilii veneratione armis
et pietate cantatur insignis ut non solum
barbaris sed latinis ceteris preponatur et grecis
Sic fert fortuna rerum habuit achilles homerum
et eneas virgilium tanta potentes eloquentia
ut respective illaudati ceteri videantur
mortales. esto eius nostro tempore expungat. Sci
pio affricanus non minori gloria maiori
tamen insigni delatus in etherea versu viri
celeberrimi francisci petrarche nuper rome
laurea insigniti tanta eius facundia et lepi
ditate sermonis in medium trahitur ut fere ex
tenebris longi silentii in apertissimam lucem de
ductus videatur Eneas igitur ut paulo ante
scriptum est ex anchise et venere apud symeon
tem flumen natus est et iam etate provectus
creusam priami et hecube filiam uxorem habuit
ex qua filium suscepit ascanium et ut quidam
scribunt paridi eunti in greciam et raptum
helene socius fuit Tandem cum iam grecia ob
sidione ylionem cinxisset et illum crebris cer
taminibus expugnare conarentur sepe in pugna

descendit Sed inter alias vices semel adver
sus achillem congressus cum esset in discri
mine maximo ut in yliade dicit homerus
allocutus est neptunus deos et deprecatus ut
eneam morti subtraherent ne omnis dar
dania proles occumberet Quod a iunone que
plurimum erat troianis adversa ut ipse faceret
concessum est Et sic neptuno tunc afferente eneas
e manibus achillis subtractus est Et ut ibidem
tangit homerus ytalie regnaturus Qui et
si multa clara facinora apud troiam egit
fuit tamen quorundam predicationis parte macula nota
tus est et inter alia habetur in argumentum
quod in columis cum filio et navigiis et parte co
piarum abire permissus sit cum fere in cedes
sic sentiunt alii tamen dicunt hoc illi permissum
loco muneris quod legatorum grecorum ad pa
rem venientium hospes fuit assiduus et quod
semper in consiliis troianorum reponendam dixit
helenam detineri suasitque restitui Sed quali
tercumque factum sit Virgilius dicit quod capta troia
cum ipse frustra in defensione patrie aliquamdiu
laborasset sumptis diis penatibus sibi ab hec
tore permissis commendatis et patre sene et filio
parvulo in media monstrante via venerit ad li
tus et ibi viginti navibus sumptis cum quibus
iam dudum paris in greciam iverat intravit
mare et in tracia tetendit ubi apolidoro cum
in litore tumulum invenit mortuus ut ana
tum litus fugeret condidit civitatem quam de suo
nomine nuncupavit eneam de qua titus livius
libro xl° ab urbe condita dicit enea civita
te pugna thessalonice ab enea troiano
olim condita. De qua ipse pre titus livius sic pro
ficiscuntur a thessalonica eneam ad statutum
sacrificium quod enee conditori cum magna ceri
monia quot annis faciunt etc. Et inde cum
naves iterum rexisset oraculo vetustissimas
avorum sedes petiturus in creta abiit et ibi
de pulso iam ydumeneo rege a cretensibus
quia quas sedes venisset avorum eo quod inde teucer
scamandri filius fuit qui una cum dardano
imperaverat dardanus constituit rex et inde
peste pulsus fuit certior quod dardanus fuisset
ytalus ytaliam pede disposuit et inde in
chaoniam venit et ab heleno vate de futuris
edoctus siciliam petiit et apud drepanum ut
Virgilio placet anchisem perdidit Et recas
census navibus tempestate in affricam delatus
est ut ait Virgilius cum alii negent ubi a
didone regina susceptus cum ibi iam
errasset annis cum quo aliquamdiu fuit et amicicia

vsus & letto si in hoc virgilio credendum est
Inde aut supum montu discedes iterum venit
in sicilia ad acestem et ludis anchisi ani
uersarium celebrauit magnifico sumptu & acesta
ciuitate condita et parte suorum ibidem delitta
dum ytalia petet palinuru magistrum clas
sis perdidit. Inde venit in baianu sinum & duc
tu sibille descendit ad inferos et ad elisios
usque campos penetrauit. Et comperto patre
anchise omem sua posteritate eo monstrante
cognouit. Inde ad superos rediens persolutis
meseno tubicini funerabilibus caietam na
uigauit ubi caieta nutrice defuncta ciuita
te posuit eamque nutricis nomine appellauit. por
ro in ytalia .i. ad hostia tyberis appulit
usque quo dicit seruius illi non defuisse veneris
visionem qua cum amplius non vidisset arbitratus
est se ad predestinatum locum venisse & debere
consistere. Ubi primo euandri regis amicitia
sumit et inde latini regis laurentum qui illi
lauinia filia turno rutulorum regi ante pro
missa iuxta responsum oraculi dedit in coniugem
Quam ob causam a turno grandi bello lacessitus
est fultus tamen auxiliis euandri archadis &
tuscorum in odium mezentii regis agelle re
gnum obtinuit coniugio de morte aut eius di
uersimode opinati sunt antiqui cum dicat se
ruius catonem dixisse iuxta lauro lauinum cum
enee socii predas agerent prelium commissum in
quo latinus occisus est ab enea qui tamen ene
as in ipso prelio non comparuit. Ascanius postea
mezentium interemit. Alii dicunt quod victor
eneas cum satisficaret super numicum flumen
lapsus est et eius nec cadauer inuentum est.
Quod virgilius eleganter tangit ubi didonem
moritura cum execratione inducit atque dicen
tem at bello audacis populi vexatus et
armis . finibus extorris complexu auulsus
iuli Auxilium imploret videatque indigna
suorum funera nec cum se sub leges pacis in
que tradidit regno aut optata luce fru
atur Sed cadat ante diem mediaque inhumatus
arena hec pro rege & cetera. preterea sunt qui dicant eum
occisum a turno. voluitque a virgilio sub arti
ficiosa fictione describi ubi medio in ardore
certaminis ostendit Iunonem mortem turni ti
mentem & inde ut illum expugna subtraheret effigiem
dicit enee surripuisse in quem confestim dicit
turnum quesiuisse et enea fugiente dicit in
naues que in numico erant fluuio & in eas
usque secutum a turno. Quod voluit secundum historie
veritatem non Iunonem fuisse in enea mutata
tum sed ipsum enea qui arma turni fugiens ab eo
deinde apud numicum occisus est. Quod & in supe
rioribus carminibus ex parte patet nec alibi potuit
tacuisse virgilius dum in eodem libro venerem
inducit orantem Iouem atque dicentem Incolumem
ascanium liceat superesse nepotem Eneas sane
ignotis iactetur in undis. Et quacumque viam
dederit fortuna sequatur & cetera. Ubi si inspiciamus
cum iam non sit amplius eneas venus que hucusque
fuerat sollicita de eo orat nunc pro nepote as
canio Et ouidius in maiori volumine istud in
tendere videtur. dum dicit litus adit laurens ibi tec
tus arundine serpit in freta flumineis
vicina numicus undis hunc iubet enee que
cumque obnoxia morti abluere et tacito def
erre sub equora cursu. Corniger exequitur ve
neris mandata suisque quicquid in enea fuit
mortale repurgat & cetera. Et hoc ipse arbitrari
videtur Iuuenalis dum dicit alter aquis alter
flammis ad sidera missus & cetera. Intelligit enim
de enea & romulo quia eneas in aquis periit
ut predictum est Romulus aut apud capream
paludem fulminibus & turbine sublatus est quia
ambo apud romanos propria deitate hono
rati sunt. Nam et ipse eneas quocumque modo
subtractus sit ab indigenis deus factus & in
pit indigetes appellatus est. Hiis quidem
historie aliquibus figmentis immixta est quorum
videtur racionem ordo exigit. Enea igitur veneris
fuisse filium non equo modo ab omnibus acceptum
est quidam enim voluit in natiuitate enee venerem
celi dominam fuisse et ad eam demonstracionem
futurorum successuum pertinuisse et huius dominio
ope multa enee contigisse que ex industria
a virgilio sub figmentis abscondita sunt
que ad presens elucidare non est incepti huius in
tentionis. Alii vero eum volunt natum ea hora qua venus
in eunte matutino tempore surgit et ideo eius
filium dici volunt qui videatur eum in luce dum
surgeret eduxisse. Alii vero adeo formosam
fuisse matrem eius existimant ut perdito proprio
nomine veneris nomen adepta sit. Ex quo
dixisse virgilium putant Coniugio anchi
se veneris dignate superbo. Alii aut in turpiorem
declinantes opinionem arbitrantur
ideo eum deum veneris filium quia non ex coniugio
sed ex concupiscibili commixtione natus sit
fingentes in coniugium vidi tanti hominis in
cognitam matrem fore si anchisis extitisset
coniux sed ad illecebrem celebris viri nota
contegenda deam illi vetedes finxisse matrem
Ego quidem verum puto matrem eius ob aliquid

Turnum enea occidisse

meritu venere agnoiata vt quosda arbi
triu (per)dixi. Nec obstat ei(us) verunnome fore
incognitu. Na nec priami qui tatus fuit rex
nec etia agamenonis nec multor(um) alior(um)
insignium regu atq(ue) viror(um). Et absit ut
credam q(uod) spurio pastoris priamus tam (con)findis
rex filia creusam dedisset in (con)iugem. Q(uo)d
aut(em) neptun(us) (cor)p(or)ib(us) ex achillis pugna sub
tractus sit no(n) q(uod) aiebat leonci(us) rex credo
s(ed) q(uod) attente (con)stellacione (con)tigit. Im(m)o
mo poci(us) puto q(uia) circa navalia que ad
neptunum spectat videt(ur) ingeniu(m) ene(e) dicit(ur)
maris potuerit aliq(ui)d contigisse p(ro)pt(er) q(uod) exi
gente oportunitate revocatus achilles e
nee certame(n) emisit. Q(uo)d aut(em) a symone
h(uius)mo(d)i p(ro)missu(m) sit neptuno arbitr(or) ad futura
(pro)spexisse fingente eo q(uod) italico regi reg(n)um
navet eneas. Et ob id regnor(um) dea salu
te futuri regni cunari p(ro)misit. Ipolidoro
aut(em) in litore sepulto id monit(us) dicitur
q(uod) ei(us) infortuno (con)specto agnovit si consi
teret tuncres illi futuros hostes et ideo in
fugiendo fore. Q(uo)d aut(em) venus usq(ue) in a
gru laurentu(m) se liue suo duce illi exhibu
erit et id ide(m) existente no(n) co(m)pmisse ultimis
(con)stellacioni(bus) affeti in concupiscibile appeti
tiuum p(rese)ti. Na tam diu navigado p(ro)ces
sit q(uo)d diu distulit invenire quod placuit q(uo)
invento cessavit impellentis ducatus. Q(uo)d
ad inferos merit(us) in(tra)re puto eu(m) egisse q(uo)d o
lim fere familiar(e) fuit maxime gentilim
regib(us) nelle scil(icet) ab immundis sp(irit)ib(us) per
celestu illud nigromatice satim de futuris
certificari quod q(ui)d(em) in sinu baiar(um) apd
latu avernu(m) qui talib(us) erat aptissimus
loc(us) fecerus accessit et occisione seno suo
sanguine litasse inferis et cerimonijs a
lijs detestadis egisse vt aliquis ex infan
dis sp(irit)ib(us) in cantaminu p(ro)vocatus ad
supos veniens et supto fantastico corpe
cora(m) co(m)paruerit et ad interrogata r(espo)nderit.
et forte illi nonulla de futuror(um) successu
predixe(ri)t de(us) sica(m) aut(em) sua(m) nil a(liu)d est q(uam) insipie(n)
videnda fatuitas credo e(n)im eu(m) in numico
flu(mi)ne nectu et i(n) mare devolutu(m) et tusc(is)
piscib(us) esca(m) fuisse seu laurentib(us)

De ascanio enee filio qui genuit Iulium
Silvium et Thomam

Ascanius vt virgilio placet no(n) solu(m)
enee fili(us) ex creusa susceptus fuit
s(ed) et fuge et labor(um) in regno querendo so
tius vt ipe p(er) omem eneidam diffuse testat(ur).
Sane titus livi(us) cu(m) ad veritate(m) historie
cura fuit impensior no(n) plene affirmat
creuse an lavinie fuit filius cum dicat
Nondu(m) matur(us) imp(er)io ascanius enee fi
lius erat tu(m) id imp(er)iu(m) ei ad pubere etate(m)
incolume mansit tantisper tutela mulie
bri tanta indoles in lavinia erat res la
tina et regnu(m) avitu(m) p(ate)rnu(m)q(ue) puero stetit
hanc ambigua(m) quis e(n)im re(m) tam vetere(m)
p(ro) certo affirmet. hiccine fuit ascani(us) an
maior q(uam) hic creusa matre ylio incolumi
natus comesq(ue) in p(er)inde fuge que iulu(m)
eunde(m) iulia gens autore(m) noi(n)is sui nuncupa
(ve)rit. Ie ascani(us) ubicu(n)q(ue) et quacu(n)q(ue) matre ge
nitus certe natu(m) enee constat. Et hec ti
tus. eusebius vo in lib(r)o t(em)p(orum) ascaniu(m) creu
se filiu(m) arbitrat(ur) et aliu(m) ex lavinia natu(m)
Silviu(m) postumu(m) appellat. ascani(us) autem
apud troiam matrem p(er)didit et cu(m) p(at)re ad
versus hostes vt p(er) virgiliu(m) late patet stre
nue se gessit eiq(ue) plura fuere noi(n)a vt fuit
asscit. Na p(re)t(er) iuliu(m) et yliu(m) quib(us) vocat(us)
est vt dicit virgili(us) At puer ascanius cui
nu(n)c cognome(n) iulo additur illus erat du(m)
res stetit ylia regno (et)c. hic etia(m) dardan(us)
et leondamas appellatus e(st) ad ex tittor(um)
suo(rum) solatiu(m). Et sic patet enea(m) alios ex
creusa p(ræte)r ascaniu(m) suscepisse filios de noi
bus tu(m) livi(us) dicit fuisse sci(licet) hoc p(ri)mu(m) asca
niu(m) ab ascanio frigie flu(min)e dem vt tras
(con)sonante ascaniu(m) deinde yliu(m) dem a
regie illo vi(ro) et yliu(m) postea iuliu(m) occiso me
zencio a p(ri)ma barbe lanugine q(ue) in tempe
victorie nascebat(ur). hic tu(m) ascani(us) vt pau
lulu(m) virgiliu(m) sequam(ur) adhuc puulus fu
it impiu(m) portentu(m) suscepit et ca discepta
tib(us) p(at)re et anode futura fuga flammula
q(ue)da(m) nulla inferens lesionem eidem in ver
tice capitis (con)stitit eciam p(ar)entib(us) illa(m) extin
guere conatib(us). Demu(m) vt dem est fuge co
mes multos cu(m) p(at)re labores tulit. Et cu(m)
eneas reb(us) eet absolut(us) mo(rta)lib(us) et ip(s)e
successor regnu(m) suspisset bellu(m) a p(at)re in
choatu(m) victor(iose) t(er)minavit. Na alij illu(m) occi
disse turnu(m) alij mezentiu(m) dicunt vero d(icit)
serui(us) s(ecundu)m cathone(m) historie hoc h(ab)et fides
Enea(m) cu(m) p(at)re ad ytalia(m) venisse et p(ro)pter
inasos agros cont(ra) latinu(m) turnu(m)q(ue) pu
gnasse. In quo p(ro)lio perijt latin(us) turnu(m)
postea ad mezetiu(m) confugisse eiusq(ue) fre
tu(m) auxilio bella renovasse quib(us) eneas
turnusq(ue) pariter rapti sunt. Migrasse

postea inter ascanium et mezencium bella, scilicet eos singulari certamine dimicasse et occiso mezencio ascanium iulium ceptum vocari ut paulo ante dictum est. Hic autem ut ait eusebius cum triginta regnasset annis apud lavinium albam condidit et siluium postumum fratrem suum summa pietate educavit. Alii amplius hoc recitant asserentes eum ab annalis redargutum quod lavinia noverca que ob timorem eius mortuo enea confugerat in silvas in exilium detinere videretur quam ipse revocavit eique patrium restituit regnum. Cum ipse iam ad albam transitum facere disposuisset ipse tamen procreavit filium quem eo quod casu in silvis natus sit iulium siluium appellavit a quo familiam iuliam ortam nonnulli volunt. Tandem cum inter lavinium et albam quam condidit xxxviii regnasset annis in morte veniens quia filium propter etatem parvulam tuegendis civibus non censeret aptum siluium postumum fratrem suum regni reliquit heredem

De Julio Siluio ascanii filio

Julius siluius secundum titulivium filius fuit ascanii et quia in silvis casu natus sit Siluius cognominatus est et ab eo iulia gens processit. Cum patri ascanio in regno successerit eusebius tamen in libro temporum eum ascanii fuisse filium dicit. Sed eo quidem moriente parvus esset nec regno videretur ydoneus Siluio postumo fratri suo regni successionem reliquit.

De Rhoma ascanii filia

Rhoma filia fuit ascanii ut scribit solinus de mirabilibus mundi dicens Agathoclem scribere nomen urbis rhome ab hac Roma ascanii filia et enee nepte inditum fuisse. Cum scribit heraclides quod cum capta troia quidam achivi ubi nunc Roma est devenissent et ibi de captivis cum nomine Roma erat consilio sedes supposuisse et ab eadem locum denominasse

De Siluio postumo Enee filio Qui genuit Eneam Siluium

Siluius postumus secundum virgilium enee ex lavinia fuit filius hic post mortem enee natus est et ideo postumus quod est generale nomen nascentium post humatum patrem Siluius autem ut placet multis dictus est eo quod lavinia mortuo patre latino atque enea viro et occupato ab ascanio regno eius metuens insidias in silvas pregnans secessit et ibidem latuit atque peperit et ideo natum in silvis silvium appellavit sane ut supradictum est ascanius revocata noverca in patrium regnum fratrem silvium fraterna educavit affectione. Et cum moreretur existente iulio siluio parvulo adhuc eundem silvium fratrem suum regni reliquit heredem qui eneam silvium genuit. Porro britones eorum puto barbariem nobilitare cupientes huic silvium unum addunt dicentes eum brutum quemdam eciam genuisse ex nepte lavinie matris sue cuius in nativitate aiunt mathematicum dixisse quod occideret utrumque parentem. Ex quo factum est ut partu suo moreretur mater. Et ipse tandem cum adolevisset in venacione patrem inadvertenter occidit. Qua ob causam pulsus ytalia aiunt eum in leogreciam insulam grecie abiisse et viso accepit sibi debitum exercitum occiduum in insula. Quin pandrasi regis greci filia in coniugem suscepta cum sociis per triennium navigans una cum corineo troiano superato goffredo aquitanorum rege albionam insulam quam incolebant gigantes supervasisse eamque ex suo nomine britaniam nuncupasse et a corineo corinbiam. Et inde aiunt eum brutum alium genuisse cognomento viridescutum. Et hinc alium insule regem genitum et inde alium et innumerabiles prodiderunt plures que quoniam nec vera nec verisimilia visa sunt omittenda censui. Postumus autem cum annis xxxviii regnasset enea silvio superstite filio derelicto diem obiit.

De Enea Siluio Siluii postumi filio Qui genuit latinum siluium

Eneas siluius silvii postumi dictus latinus cum regis silvius patri successit de quo quidem virgilius meminit. Et qui te nomine reddet Siluius eneas pariter pietate vel armis Egregius et cetera. Hic latinum siluium genuit Et cum annis xxxi regnasset expiravit

De latino Siluio enee silvii filio Qui genuit albam siluium

Latinus siluius ut dicit titus livius enee silvii fuit filius et mortuo patre albanis imperavit et ab eo colonie deducte sunt eorum qui prisci latini nuncupati sunt. Cumque annis quinquaginta regnasset genuissetque albam filium quem reliquit superstitem diem obiit. Eusebius vero in libro temporum dicit se apud aliam historiam invenisse latinum siluium quintum apud albam regnasse eumque filium fuisse lavinie et melampodis et uterinum fratrem silvii postumi Quem latinus in ordine regum habet post.

De alba Siluio latini silvii filio Qui genuit Athim siluium

Alba siluius latini silvii fuit filius et patri successit in regno Cumque regnasset

Tangit de hystoria Britanica

virgilius

Titus livius

annis xxxix achi relicto filio rebus humanis subtractus est

De athi silvio filio albe qui genuit capi silvium

Athis silvius albe fuit filius quem eusebius aliqui egiptium silvium vocat hic cum annis xxiiii regnasset capi filio derelicto diem clausit

De capi silvio filio athis qui genuit carpentum silvium

Capis silvius athis fuit filius. Et qui voluit ob hoc capua olim insigne campanie civitate condita. Qui cum annis xxviii regnasset carpento filio moriens vestigium reliquit

A capi condita fuit capua civitas campanie

De carpento silvio filio capis qui genuit tyberinum silvium

Carpentus silvius filius fuit capis. Et cum annis xiii regnasset tyberino filio derelicto decessit **De thyberino silvio carpenti filio qui genuit agrippa silvium**

Tyberinus silvius carpenti fuit filius et agrippam silvium genuit. Cumque annis viii imperasset albanis amne quem ante albula vocitabant in mole dum in latinos et etruscos transiens in eum cecidit et mortuus est. Quamobrem in hodiernum usque veteri abolito nomine ademerso rege tyberino mutuatus est flumen **De agrippa filio tyberini qui genuit romulum sive silvium**

Agrippa silvius a tyberino genitus sub merso patri successit in regno. Et cum quadraginta regnasset annis moriens romulum filium regem reliquit heredem **De romulo silvio agrippe filio qui genuit julium silvium et aventinum silvium**

Romulus seu aremulus silvius agrippe fuit filius. hic autem presidia albanorum inter montes posuit ubi roma postea condita est. Qui ea tempestate impie sentiens existimatum est. Et ob id existimare illius eum homines eum iuste fulmine ictum atque exanimatum cum sam xix regnasset annis et ex eo Julius et aventinus filii sunt superstites

De Julio silvio romuli silvii filio

Julius silvius ut scribit eusebius minor natu fuit romuli filius et parens julii proculi qui cum romulo romam transmigravit et ibidem fundavit familiam Juliam ex qua cesares effluxere **De aventino silvio romuli silvii filio qui genuit procam silvium**

Aventinus silvius romuli silvii filius fuit eique fulminato successit in regno et cum xxxvii regnasset annis preca relicto filio mortuus est. Et eo in monte rome qui postea de suo nomine semper aventinus vocitatus est sepulto

De proca silvio filio aventini qui genuit amulium et numitorem

Procas sedem titulinum aventini filius fuit et loco patris regnavit annis xxiii. Numitorique filio moriens regnum reliquit.

De amulio proce filio

Amulius teste titulivio minor natu fuit ex filiis proce. hic per vim et nephas numitori qui tempore potior erat regnum surripuit. Dicit plinius de viris illustribus preteream preterem eorum reliquisse ut alio annis vicibus regnaret. Et cum ad amulium pervenisset regnum fratri tum sacto anno restituere noluit quinymmo cum numitori pepercisset lausum filium eius interemit et rheam eiusdem filiam ad subtrahendam spem prolis sub specie honoris veste perpetua eius virginitate dicavit. Sed cum iam xvi regnasset annis rhea geminos peperit quos ipse in tyberim deici missit et rhea vivam infodi verum nequitibus ministris ad albanum fluminis eo quod pridianis ymbribus tumuisset devenire illos in ripa posuere. Qui a fausculo pastore compti et nutriti cum adolevissent amulium interfecere et numitori avo regnum reddidere.

plinius de viris illustribus

De numitore filio proce qui genuit lausum et yliam rheam

Numitor filius fuit proce et ut iam dictum est a fratre pulsus ex regno qui diu vite privatus senesceret a nepotibus romulo et remulo occiso amulio in regnum restitutus est. Quid inde ex eo successerit non legimus. **De lauso numitoris filio**

Lausus ut predictum est numitoris fuit filius et ab amulio patruo impie trucidatus occubuit.

De ylia numitoris filia que peperit romulum et rhemum

Ylia que et rhea numitoris fuit filia et ab amulio inter vestales virgines trusa. Que ut ait ovidius dum aquam pro sacris quereret obdormivit et in sopore illa visum est a marte oppressam et sic geminos concepisse quos dum peperisset viva infossa est legis impio fictio quod secum mare concubuerit. Ubi de romulo et remulo declabit

ovidius

Et qm qui ex julio silnio nati sint ordine
non habemus genealogie posteror dardā
in finem facē necesse est h° imo apposito
q ab hys natus sit orbis et urbis fulgor
Gayus Julius cesar dictator

Genealogie deorum gentilium liber sextus Explicit

Genealogie deorum gentilium secundum Johannem boccaciu de certaldo liber vij⁹ Incipit feliciter In precedenti arbore cuius in radice scribitur occeanus omnis cuius decendentia in ramis et in frondibus posteritas ordinate apponitur de qua in sequenti vij° lib° dicetur. prohemium

Sum ab elsa certaldensi fluvio et arno tusco eminentissimo ex paulo ante in altum vela concessera et perreca impulso syrthium vada aquilo nec strudente seno et inde plate paten scabraque asie promotoria et crebe euripos egei maris expellente libito necnon et vertiginosum siculum fretum atque intersonantia tam plurima quam tirreni maris litora spumante notho non minori pspe timore quam admiratione circum actus sum tegentibus poetarum atris nubibus hinc phebi splendidum iubar inde arthoi sidus inmobile dum minus crederem a vulturno raptus postergatis ligurum gallorumque et hispanorum litoribus et calpe ab illa promotoriis omissis ad limen usque occeani delatus sum Et dum circa eius ingressum constitissem cortex quasi delibandi prestaret spacium in conterminum polis pelagum oculos dedi. Duque intuerer pergrande corpus et incomprehensibile monstrum preruptas a quarum in celum montes earumque atra opacitate speluncas horredas metirer animo et inde innumeras vires quibus terras concutit ac incognitos populos et rimantes eius et belluas cogitaremque eum fluminum omnium hospitem horum fateor et stetere crines et timore quodam insolito occupatus nimio labencia membra continui nec multum quin memet ultro in litus potius quam adulteriora progrederer naufragium dederim ludum iocumque existimans per respectum mas fore meditranei maris Sed is qui pro fido certa spes et infallabile suffragium vite in se credentium atque sperantium est. Vocatus affuit Illico et ignee sue caritatis noxio frigore pulso prostratum suscitavit animum et in vires apciores solitis renovavit. Adeo ut parvo cortice ingentium pettore audeam invesum intuare et insuetum insueta sulcare maria. Et expedita in precedentibus fere omni celigle talamum ad longa occeani posteritate scribendum arripim tribernaculo tenuissime cimbe illi comisso qui archam noe ab aquis universalis diluvii servavit incolumem. De occeano celi et veste

filio Qui genuit xxviij. inter filios et filias. Quorum hec sunt nomina prima. Eurinomia ij. persam iij. Etra iiij. pelions v. climenes vj. trito vij. doris viij. peneus ix. coruficeus x. nereus xj. achelous xij. ynacus xiij. peneus xiiij. nilus xv. alpheus xvj. crinisus xvij. Tyberis xviij. aconis xix. asopus xx. Cephisus xxj. meander xxij. pillira xxiij. sperchius xxiiij. Sol.

Occeanum celi et veste fuisse filium voluerunt theologi qui arbitrati sunt ex celo seu ex terra seu ex ambobus omnia a premeno producta. Quod nec credidit nec tacuit procunctorum phylosophorum princeps anilesine tales apud priscos auctus non minime quinymo eidem occeano non minus insipide quam reliqui fecerunt divinam mentem esse insitam et ob eo cuncta producta seu eum tamen dante existimant eo forte motus quia in omnibus cessante humiditate cerneret et vitam de necessitate cessare Et eque modo absque humore nil penitus gigni vel nasci posse. Et sic non genitum occeanum fuisse prem deorum rerumque omnium asserebat Cum aliquo do adhesisse videtur homerus et potissime ubi in yliade introducit Iunonem dicentem u. r e d p o p r e e c p i o t e p r c i p r a y n h r e c a r h e y p Post occeanum deorum natorum et matrem thetim. Et sic eciam non unquam hos sequitur virgilius ait Occeanumque prem rerum plinius autem in de historia naturali elementum istud aquarum extollens dicit. Quippe hoc elementum ceteris omnibus imperat terras devorat aque flamas necat scandunt in sublime et celum sibi quoque vendicant ac nubium obtentu vitale spiritum strangulat que ea sublimia elidit ipso secum discordante mundo Quid esse mirabilius potest aque in celo stantibus sunt ille seu parum sit in tanta pervenire altitudinem rapiunt fluminos cum piscium examine sepe eciam lapides subvehunt portantes aliena pondera. Eedem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt prorsus mirabili natura si quis velit reputare ut fruges gignantur arbores frutices que vivant in celum migrare aquas aiam que eciam vitale inferre mita confessione omnes quoque terre vires aquarum esse beneficium et cetera hec plinius Sequitur vitruvius ubi de architectonica non discrepat a eris Ex eo eciam qui sacerdocia gerunt moribus egiptiorum ostendunt omnes res eliquoris potestate consistere

anllesi⁹ thal[?]

homer⁹

virgili⁹

plin⁹

vitru⁹

ridiculum quippe est aquas rerum credidisse principium. Sed quid ego succenseam talibus si circa ipsa rerum initia erraverint, cum adversus ea que in oculis sunt stolide credant. Viderunt Egiptii Yside moriente et conati sunt artibus suis infigere eam, et si non omnipotentem, potentissimam fuisse et esse deam, non mortalem feminam. Cretenses ipsum quem sepelierant ipsi libidinosissimum hominem Iovem non erubuere celi et terre predicare deum. Sic igitur cecitate mentis obvoluti credidere hos esse maiores quam aliquando fuerant, quia quos illos fecerant aliquid. Sed de hoc alias. Cum ante Occeanum rerum putarent principium, ab eo genealogiam cepere deorum. Quem cum constet secundum alios fuisse principium, inepta cepti operis ordine locavimus eum. Ne autem inter pregrandes deos inhonoratus incederet, curru vehi, ut dicit Theodontius, statuere, eumque a balenis trahi per ingentia maria finxere. Sic et illi Tritones tribuere tibicines atque precursores et maximos illi phocarum fecere greges sub custode Protheo. Nympharum maximas cohortes socias obsequiosas quas fecere et designavere prole amplissima filiorum, et eum nominibus pluribus vocavere.

Sed exenterande fictiones sunt. Currum quidem trahi Occeanum eius circa terre rotunditatem describit ambitum, quem ideo a balenis duci dicunt quia a balenis undique disturbatur. Tritones autem eius ob tam tibicines precursores quia dicuntur quia sui nominis significatum incessabiliter operatur. Nam Triton secundum quosdam idem sonat quod terram terens, quod assidue peragit mare dum sese continuo impellens in litora motu terras terit, et quoniam istud absque sono non fiat, tanquam sonans tibicina nuncupatus est, et ideo dicitur precursor quia vehementiori impulsu motu sonus in litus primarius est future tempestatis [illegible]. Sunt hee phocarum greges ideo dicitur esse quia phoce ex anteriori parte speciem habeant vitulorum et armentorum more pascuntur in terris turmatim, pastorem autem Protheum dixere eo quod harum phocarum habundantissimum sit mare Carpatium quod olim fuit subditione Prothei. Nympharum autem illi iuncta et obsequens cohors nil aliud est ut arbitror quam multiplices aquarum proprietates seu accidentia contingentia aquis iuncta eis quia a gentibus seu in eas impressis alia una sese cum eis quasi obsequiosa mutatione vocatur. Insuper preter Occeanum Nereus, Neptunus et mare. Que nomina cum nominibus aliorum minimum conveniunt, ubi de illis sermo fiet convenientius exponemus. Occeanus autem quod illi proprium est ut dicit Rabanus asserens et latinus ideo dictus eo quod in modum circuli orbem ambiat. Item quia ut celum purpureo colore nitet. Ergo autem acianes quod latine nigrum sonat denominatum puto, tante enim profunditatis est ut nulla possint in eo aquarum transparentia apparere. Quare vocetur occeanus

De Eurimonii Occeani filia prima

Eurimonii Occeani fuit filia ut asserit Homerus in Yliade dicens ευρυνομη θυγατηρ αψορροου ωκεανοιο. Id est Eurimonii filia retrofluctis Occeani. Interpretatur autem fluctuationis seu ventorum pastor. Nam aqua maris semper fluctuat ut videmus, et ideo ab excitatione aquarum denominata et Occeani dicta filia est. Seu secundum alios est quoniam ex aquis oriri ventos voluit, aqua ventos pascit, id est materiam prebet ex qua et creantur et vigent, et sic hec vite dicta filia Occeani. Preterea ubi de hac Homerus loquitur inducit Vulcanum loquentem Tethidi pro Achille arma petenti et ut se paratum ostendat dicit quod cum a matre de celo proiceretur quia claudus, ab ipsa Eurimonii et Tethide susceptus atque nutritus est. Ubi vult intelligamus ignem per humidum consumi aliquando, si deficiat ut extinguatur necesse est. homerus

De Persa Occeani secunda filia

Persa filia fuit Occeani ut in Odissea placet Homero, ubi dicit eam a sole dilectam eiusque ex eius concubitu Oetam Colcorum regem atque Circem suscepisse, dicens αυτοκασιγνητη ολοοφρονος αιηταο αμφω δ εκγεγατην φαεσιμβροτου ηελιοιο μητρος τ εκ περσης την ωκεανος τεκε παιδα. Id est soror sagacis Oete; ambo autem orti sunt a lucente mortalibus sole, matre quoque a Persa quam Occeanus genuit filiam. homerus

Hanc autem Persam dicit Leontius ab Esiodo Hecatam appellatam, que cum apud nos lunam sonet, satis possumus arbitrari Oetam apud suos clarissimum regem illud ibidem fecisse quod Saturnus egerat, qui Uranum patrem celum nuncupari iussit et Vestam matrem terram, ut nominibus egregiis originem ampliaret suam. Sic et Oeta patrem Solem et matrem Lunam. Que ideo Occeani filia dicta est quia a litoralibus ex Occeano fluctibus oriri videatur, seu forsan ipsa Persa ab Occeano patri Oete venerit. Et ideo Occeani filia dicta, vel nympha fuit penes Occeanum. leontius

De Ethyra tertia Occeani filia et coniuge Athlantis

Ethyra filia fuit Occeani ut carmine confirmat Ovidius asserens eam ex Athlente ovidius

hyadem atque sorores peperisse dum ubi de fastis legitur: Hunc stirpe Occeani maturis nixibus Ethra edidit et nymphas etc.

De Plione quarta Occeani filia et Athlantis coniuge

Pleyon filia fuit Occeani et coniux Athlantis secundum Paulum quod et confirmat Ovidius
ovidius
in libro Fastorum dum dicit: Hic sata est Pleione cum stellifero Athlante iungitur ut fama est Pliades quas parit etc. Pleias autem idem est quod pluvia quod eo quod ex vaporibus humidis ex Occeano in altum consurgentibus causetur. Ideo filia Occeani
alberico
dicta est. Uxor autem Athlantis eo quod huiusmodi vapores humidi ex aqua consurgentibus ut plurimum culmine Athlantis et aliorum moncium volvantur et insideant, incolis pluvias portendentes.

De Climene quinta Occeani filia et matre Phetontis

Climenes ut Theodontio placet filia fuit Occeani et Techidis. Que cum forma valeret soli placuisse voluit in cuius tempore concubitu veniens ex ea Phetontem suscepit et sorores. Paulus autem dicit eam fuisse Meropis regis Egipti coniugem et apud extremos Egiptiacos Ethiopibus imperasse cum viro. Et ex eo Eridanum qui et Pheton dictus est et sorores concepisse. Leoncius autem dicit eam filiam fuisse Minii et Eurianasse et ex Merope viro peperisse Yphiclum et Philacum et Phetontem cum sororibus. Circa quas varietates advertendum est quod in quantum Occeani dicitur filia et a sole dilecta, potest intelligi humiditas. Nam Climenes interpretatur humiditas. Et sic Occeani tamquam omnium humiditatum fontis merito dicitur filia. Que a sole
tullius
diligitur eo quod ut Tullius recitat ubi de naturis deorum sol et astra reliqua de humiditate pascuntur. Seu etiam melius eo quod solis calor in humiditate agens suscitat nebulas que Phetontem conficiunt ut ubi de Latona dictum est. Et arbores etiam quasdam ex locis palustribus elicit, de quibus infra ubi de Phetonte et sororibus latius. Eam autem fuisse feminam et Meropis coniugem si velimus, tunc eam nobilem aliquam in litore Occeani dominam fuisse dicemus. Et exinde filiationem huiusmodi consecutam nec aufert ob hoc quin Minii et Eurianassis in partibus forsan illis imperantibus fuit filia sed a loco tamquam a nobiliori parte denominata.

De Tritone sexto Occeani filio

Tritonem Occeani et Techidis filium dicit Theodontius. Servius autem eum Neptuni filium dicit et Salatie coniugis eius. De Paulus autem eum Tritona notat et feminam asserit. Tandem seu masculus seu femina sit omnes in hoc conveniunt eum scilicet esse seu Occeani seu Neptuni tibicinem. Verum cum magis in Neptunum videantur inclinari credo Neptunum et Occeanum unum et idem existimantes in testimonium eius inducunt Ovidium dicentem: Nec maris ira manet positoque tricuspide telo et infra ceruleum Tritona vocat concaque sonaci inspirare iubet fluctusque et flumina signo iam revocare dato etc. Et sic apparet Tritonis officium et quod masculus sit ut dicebat Theodontius. Quod autem Occeani seu Neptuni sit filius satis in hoc ostenditur quod ab eorum sonoro motu causetur. Intellexerunt autem theologi per Tritonem ipsum estuantis maris et in litora ferventis clamorem, cum Triton sonus secundum quosdam interpretetur. Alii vero voluerunt Tritonem maris sonum, sed non eum quem dum se ipsum in se frangit, sed illum tantum quem facit litora percuciens. Et ideo dixere Tritonem qui terras terens. Et in tantum secundum plurimos quod etiam secundum sequentes volunt ex illo sono comprehendi futurum maris maiorem solito estum. Ut sono illo adveniente maiori cum impetu dominum suum ondat Triton, ut tibicines imperatorem ex proximo advenire designant tibiarum cantu. Sane Plinius ubi de
plinius
naturali hystoria videtur arbitrari Tritones non solum ficto nomine poetis designari sed etiam veros Occeani pisces existentes, dicens de eis sic: Tyberio principi nunciavit Olisiponensium legatio ob id missa visum auditumque in quodam specu concha canentem Tritonem qua noscitur forma. De hoc etiam Lucanus ait: Torrentem Tritonis adit illesa paludem hanc ut fama deus que toto litore pontus audit ventosa perflantem murmura concha etc.

De Dori septima filia Occeani et Nerei coniuge

Doris secundum Paulum et Theodontium filia fuit Occeani et Tethidis et Nerei fratris sui coniux atque nympharum mater ut dicit. Huius Virgilius in buccolico carmine meminit dicens: Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos Doris amara suam non intermisceat
virgilius
undam. Hanc aliquam voluit Minius interpretari eo quod aqua oportunissima moribus loco mineris adeo illis exhibita sit. Alii vero dicunt amaritudinem intelligi et idcirco Nereo marino deo nuptam quia amarum sit mare ut appareat ubi initio nuptam inita coniux est. Sic et aque marine amaritudo coniugio stabili iuncta sit. Occeani autem ideo filia dicta

ex aqua occeani sole agente amaritudo
nascatur que postea mari miscetur mediterra
neo in quo nereus deus est. **De protheo
sene octavo occeani filio. Qui genuit
melantodeum et ydotheam.**

Protheus marinus deus et insignis
vates et theodoncio placet
filius fuit occeani et techidis. Quod autem va
tes fuerit post homerum in odissea testatur
virgilius in georgicis dicens. Est in carpati
o neptuni gurgite vates ceruleus protheus
magnum qui piscibus equor et iuncto bipedum
curru metitur equorum et paulo infra nomi
namque omnia vates que sint que fuerint que mox
ventura trahantur. Quippe ita neptuno vi
sum est immania cuius armenta et turpes pascit
sub gurgite phocas et cetera. Huic ait homerus
a menelao ab excidio troie redeunte et per
cunctante quid nam de fortuna patrie cognovisset
vi coactum ad vaticinium reddendum. Ut etiam vir
gilius dicit ab aristeo de restauratione
apium exquirente. Verum menelaum docuit ydo
thea filia prothei. Ubi acimene matre instruc
tus fuit de agendis aristeus. Et ut home
rus dicit eum ante visum varias decoquit sumere
formas et inmutare sic et virgilius. Fit enim
subito sus horridus atque tigris squamo
sus que draco et fulva cervice leena. Aut
acre flame sonitum dabit atque ita vinclis
excidet aut in aquas tenues dimissus abi
bit. Hunc theodoncius originis ex pallene
insula seu monte fuisse dicit et apud e
gyptios regnasse eique helenam ad hunc vir
ginem a theseo raptam et commendatam atque
ad eum tempestate impulsum post excidium
troianorum menelaum cum eadem helena divi
tisse senem atque circumspectum virum et rerum
experiencia doctissimum et eo quod ex adulacione sua
nedum futura nosceret et integram preteritorum
haberet memoriam. Sed per circuitus eciam transac
torum nominum ut sepe faciunt sapientes de fu
turis predicebat eventum. Et hinc fabule locum
datum quod vates fuerit protheus arbitrabatur
formas. Ego quas enim sumere consuetum aiunt et
abicere eas existimo passiones quibus aguntur
homines eius rei similitudine agentes cum prout in
to simulari. Que ne passiones vi amoveant
ab eo cum consilium possimus si vere velit prestare
consilium necesse est ut tranquillus remaneat
animus ad integritatem. Preter insuper hec fictio
aliud aperuit. Protheus enim accipi loco divinatoris
ydromantice. Et tunc quod occeani techidisque

sit filius potuit non inscientibus exponi cum ta
lis divinatio fiat in aqua ut ipsum sonat
nomen. Ydromantia ab ydros quod est aqua et
mancia divinatio et omnis aqua ex occeano et
techide est. Quod autem varias sumat formas
eo potest dici quod sit sacrilegium istud circa plurima
consuetum cum sue minutie plurimas mutant
formas seu forsan in hac operacione ad fun
dum quod querit est de necessitate aque moveri
quo in motu et inmurmurare aliquos audit et varie
videntur forme quibus inerere positis vaticiniis
sumuntur. Quod autem eum pastorem neptuni seu occe
ani dicunt causa supradicta est. Ubi de occeano
Currum illi attribuunt ad designandas aquarum
illius maris circumvoluciones. Quod autem ab
equis bipedibus trahatur id dictum est quod mare
illud habundat phocis quibus et pedes et caput
et totum fere corpus ab umbilico supra est ad
instar vituli deorsum vero pisces sunt. Et sic
cum tamen duo sint illis pedes bipedes equos vocat.

De melantho seu filia prothei

Melantho ut theodoncius asserit filia fuit
prothei senis. Cui consuetudo fuit positis
vestibus delphines inequitans vagari per maria
patris. Que cum formosa esset in eius amorem venit
neptunus qui in delphinem mutatus illi applau
dens eam in concensum suum traxit et transporta
tam violavit. Eciam asserit barlaam rei huius
veritatem fuisse puellam hanc in gremium suam
allexisse delphinem et ea solitam nonnumquam dor
so eius insidere atque ab eo per mare deferri et
deinde ad locum ubi conscenderat referri ad ulti
mum tamen quacumque ex causa factum sit ea in ma
ri necatam. Mirabere forsan sensisse
vero feminam a delphine illesam ferri quod
ne fabulosum putes de quibusdam libet appo
nere. Legimus enim plinio gemisso viro scri
bente in affrico litore apud ypponem diarutum
delphinum fuisse ex hominum manibus sume
rem sequi tractandum manibus prebente et natantibus
alludentem atque conscendentes portantem et
ad flamianum proconsulem affrice unguentum un
guentis odore quorum novitate sopitum aliquam
diu more exanimis fluctuatum ac deinde expertem
factum qui iniuriam passum per menses aliquos se
cessisse. Qui cum deinde redisset et fere omnis
provincia ad hoc miraculum spectandum conveniret
ab ypponensibus veriencium amicorum sumptibus
gravatis occisus est. Preterea et alexandri mathe
donis evo fuit in litore asie puer adeo
a delphine uno dilectus ut eo discedente eum
sequeretur in litus et in harena inscius inectus

plinius

de delphine nota

Iaso egesidem⁹

exspiravit sibi. Ut scribit iaso egesidem⁹ puer herme noie delphine super maria equitante que cu repentina procella fluctibus exagitasset a delphine mortu⁹ in litus reductus. Qui cu liquido se mortis pueri cam fuisse fateretur nō in maria recessit sed in litore exspiravit. Quid multa dicam / nō est novum neque inusitatu delphines cu hoib; amicicia hu[i]sse / Sed redeuntes ad inutum. Sunt qui dicant q̄ melancho albedo interpretatur q̄ ex assidua maris fluctuatione orit̄ et sup delphines pisces quos alios fert. a neptuno. i. amari mola f q̄ in̄gitat et demo restaurat. Ego aut unde hoc ab hijs sciptu sit nescio cu sciam melan grece nigrum sonare latine

De ydothea prothei filia

Ydothea prothei senis fuit filia ut in odissea testatur homerus dicens ΠΡΩΤ ΕΟΣ ΙΦΘΙΜΗ ΘΥΓΑΤΗΡ ΑΛΙΟΙΟ ΓΕΡΟΝΤΟΣ ΕΙΔΟΘΕΗ Idest prothei fortis filia marini senis ydothea. Et paulo infra ubi eā de protheo presho menelao regi introducit loquentem atque dicente ... Iunior. Idest iunior tuis protheus egipti⁹ q̄ maris totius profunditates scit neptuni famulus hunc autem meum fauntur patrem ee et genuisse me. hanc dicit homer⁹ obviasse menelao in insula pharos q̄ in conspectu egiptie alexandrie est in qua ventorum contrarietate invitus detinebatur et ei consiliu primo dedisse ut ad prothen accederet et quid agere debet audisse. Demum cu sub tergis phocarum in antro prothei cu tribus sociis abscondisse. Ydothea ut quida volunt formosa interpretatur dea per qua maris tranquillitate intelligi volunt ea em tranquillitate sum est ut posset menelaus accedere ad prothen

De coriscice occeani filia Nona

Corisice ut ciceroni placet fuit filia occeani qua ipse asserit ab archadibus corion noiari. Affirmans preterea ea placuisse Jovi et Jove ex ipsa suscepisse minerva eam. s. que quadrigarum fuit inventrix. Cur aut occeani dicatur filia q̄ nō invenitur de alijs dem e videri potest nobilem. s. fuisse mulierem nata circa litora occeani. Seu velim⁹ q̄ et possibile est occeanu hoiem insignem fuisse ob aliqua occeani similitudinem sit nuncupatu

De Nereo decimo occeani filio.

Hic genuit nymphas q̄ multe sunt veru qm inside quatuor singularis fit mentio. Genuit ergo quatuor quarum nomina tantu apponam scilicet Cymodocem. tethim minorem galatheam arethusam et alias.

Nereu marinu deu occeani et maioris techidis filiu prisci gentiliu noluere theologi eique dorim sororem sua nupsere coniugio ex qua volunt nympharum agmen suscepisse. Is em aqua e vulgo em grece nereos aqua dicit̄ occeani et techidis fili⁹ eo q̄ omis aqua procediat ex illo. Quam aut alio noie vocet ab illo pt ee causa q̄ sinus sit maris et sic e nō eo eius fluis quo occeanus fluis e. Testatur em pōpom⁹ mela herculis opus fuisse abilam mauritanie promontoriu a calpe hispanie monte olim separatu cum perpetuo essent iugo coniuncti et sic medias in terras occeani intrasse et sic occeanus mediterraneus fluis nova potuit quesisse noia. Introductus aut nereus cu doride coniuge. i. aquarum amaritudine multas apud nos genuit nymphas. i. humiditates q̄ forsan an nō erant

De nymphis in generali.

Nymphe generale nome e quarundam humiditatu q̄ ideo dico q̄ humiditates secundum diversitate rerum quibus desinunt noia diversa accipiunt ut in sequentibus apparebit. hee ut dem est nerei et doridis filie dicte sunt eo q̄ a mare omis dervet humiditas. harum quida alie sunt marine et appellantur nereides a nereo patre. Ex hijs homerus in yliade noiat xxxiij. quas ad consolanda tethide ob morte achillis filij sui venisse dicit. Quarum hec sunt noia. Glauci⁹ thalia Cimodoci nisea Spio thoi Cimothoi actei limnoria melichi. Iera aphitoi. Agam doro proto. pherusa dinamene dexa amem aphinom Callianira doris. panopi gal lathia Nimertis apsedis callianapsa Climen Jamira dyanassa mera orithia et amathia. Preterea et alias superesse dicit harum si quis habet significata nominum credo adverteret facile eas proprietates aquarum maris et accidentia causas demonstrari. Sunt et alie q̄ dicuntur fluminum et hee vocant nayades eo q̄ nayas interpretatur fluctuatio vel commotio et ideo nayades dicte q̄ fluant flumina. Et in motu continuo sint. Ex hijs virgilius

pōpom⁹

nayades flumini

Virgilius

in georgicis xxxiiii nominat videlicet. Climenes, Drymo, Xantho, Lygea, Phillodoce, Nysea, Spio, Thalia, Cimodoce, Cidippe, Licorias, Clio, Beroe, Ephire, Opis, Deiopea, Arethusa et Athas. Quas ego existimo fluminum varias designare proprietates. Nec obstat his impositas esse vel aliis aliquos ex nominatis inter nereidas, cum debeamus credere nonnullis proprietatibus mare et flumina convenire. Sunt et alie que dicuntur fontium et hee appellantur napee quasi naptee, id est aquarum fomites. Napta namque apud persas fomes est, et si non sit aquarum, tamen superius aliqui vocabula apposuerunt. Sunt enim fontes fluminum continuum incrementum. Ex his enim numerant nonnulle quibus castalius fons dicatus est, quarum nomina non apponam quoniam muse vocantur et de eis alibi fit sermo prolixior. Sunt et alie que nemorum dicuntur et hee driades vocitantur eo quod drias arbor seu quercus sit. Ex his Claudianus ubi de laude Stiliconis septem nominat has, scilicet Leontodomen, Nenopen, Ethero, Bithomartis, Hycaste, Agaperte et Opis. Quas ego non dubito quin arborum proprietates in generali in proprietate describant. Sunt et alie quas arborum dixere eas, que amadriades vocavere, qui in speciali arbores non in generali nemora amantes. Alie vero sunt montium quas dixere oreades. Nam oron grece latine mons dicitur. Sic eadem et alie hymnides appellantur ut placet Theodontio, quas dixit pratorum atque florum nymphas extitisse. Has autem omnes aliquando mori et deficere dicit Aristotiles, sicuti pauce faciunt famulas. Sane Plinius in libro naturalis historie nereidas non simpliciter aquas seu aquarum proprietates esse consentit dicens: Et nereidum falsa opinio non est, squamis modo hispido corpore etiam in quo humana effigie sunt. Namque hec in eodem litore visa est consilio Sipolecum spectata est, cuius morientis etiam cantum triste accole audivere longe. Et divo Augusto legatus Gallie cum plures in litore apparere exanimes nereidas scripsit. Hec Plinius. Ad aquam opinionem fortius roborandam subdit et ipse Plinius: auctores habeo in equestri ordine splendentes visum ab eis in gaditano occeano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine; namque ascendere navigia nocturnis temporibus statimque degravari que insederit partes, et si diutius permaneat etiam mergi. Tyberio principe contra litus insule Lugdunensis provincie trecentas amplius belluas reciprocans destitutas occeanus invenit varietatis et magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore, interque reliquas elephantos et arietes candore tantum et cornibus assimilatas, nereidas vero multas. Hec Plinius. Quod etsi claro homini atque erudito plurimum credi possit, non sit postea delinis muliercule et agrestibus insimul assentientibus absque rubore vultus se ex fontibus formosissimas mulieres, quas ipse lammas vocant, prodeuntes vidisse. Sunt preterea, ne nos nimis arceam a significato vocabuli, et alie nymphe ut sepissime vocavere poete, ut puta Circes, Calisto, Climenes et alie huiusmodi multe que vere fuere mulieres, pro quibus nulla superior fictio intelligenda est. Quinymmo tales seu pro talibus accipiende et intelligende sunt puelle virgines atque nobiles a thalamorum colentes umbras, ideo nymphe dicte quia ex flegmatica complexione qua vigent tamquam humectes molles et delicate sunt et tenelle, et in eas tamquam in res aqueas facile omnis pateat impressio; agrestes autem fere ut plurimum exhausto laboribus atque fervore solis humido hispide sunt et durescentes, et ideo nympharum nomine merito privande. Et hoc in generali de nymphis dictum sit.

De Cymodoce filia Nerei.

Cimodoce nympha ex filiabus Nerei una est, quam dicit Servius cursum fluctuum interpretari.

De Tethide minore Nerei filia et matre Achillis.

Tethis minor nympharum una fuit, de qua dicit Ovidius quod cum consuluisset Protheum de successibus suis, sic illi fuisse responsum: Protheus dea dixit undam concipe, mater eris iuvenis qui fortibus armis acta patris vincet maiorque vocabitur illo. Tandem cum esset speciosissima virgo a Iove dilecta est. Sed tamen a Iove timens ne forsan ex eo ipsa conciperet filium qui eum regno pelleret, abstinuit. Ipsa autem Peleo filio Eaci regis nupsit et ex eo concepit et peperit Achillem filium, quem Chironi centauro nutriendum tradidit. Eique existenti troiano bello cum arma perdidisset in morte Patrocli amici sui a Vulcano nova impetravit. Cuius fabule et potissime responsi Prothei enim dene fortitudo Achillis cum dedit cum post factum vaticinium adveniunt sic. Hanc vero Leontius Chironis fuisse filiam et Techiois insule cultricem. Nec tamen ob habitatam insulam maris filia vocitata et Tethide appellata quantum amoribus filii eo quod furiosus et impetus more maris fuit, et ideo Tethidis, id est furietis deus

napee fontium
driades nemorum
Claudianus
amadriades arborum
oreades montium
hymnides pratorum
Aristoteles
Plinius
naiades fluminum
Ovidius

est filius et in nomen ipa sortita e post filii
sui a cu aliud haberet an

De galathea nerei filia

Galathea ex nymphis una nerei filia
fuit ut paucis ostendit ovidius in persona
eius dicens Sic michi cum pater nereus quam ce
rula doris enixa est et cetera. Ex qua talis ex
stat fabula. Acis pulcherrimus adolescens
siculus a galathea dilectus est. Cum illa summe
diligeret poliphemus ciclops quem cum non diligeret
et cum die una galathee intra gremium iacentem vi
disset illum saxo illisit atque occidit. Quem ga
lathea in flumen sui nominis transfor
mavit. Cuius fabule allegoria talis puto
esse. Galathea albedinis dea est et qua al
bedinem undarum sese frangentium intelligo.
Acim autem amat, id est flumen suscipit quod flu
mina omnia in mare volvunt. Theodotius autem
dicit sub hac fictione historiam latitare asse
rens poliphemum immanem fuisse cicilie ty
rannum et cum galatheam singularis pulcritudinis
puellam amaret eamque per vim constupravisset
contigit ut adverteret hanc cum aci siculo ado
lescente misceri. Quamobrem indignatus
iuvenem iussit occidi et in flumen deici.
Cuius nomen flumini postea datum ab inco
lis est. Galathee autem amore non permittente
inl egit.

theodotius

De arethusa nerei filia

Arethusas fuisse duas comperi quarum
altera nerei et doris fuit filia
de qua talis fertur fabula. Dicunt enim hanc
elidis fuisse nympham et diane comitem.
Quam cum fessa et vestimentis nuda ac se in
alphei undis lavantem alpheus elidis fluvius
vidisset confestim desiderio suo captus illam
tenere voluit. Verum ipsa territa cepit fugam.
Et cum sequeretur eam fluvius nec iam sibi vide
retur posse evadere orantem diana adiutricem
suam ut illi opem ferret quam illa nube texit.
Quam cum circuiret fluvius arethusa timo
re sudans in fontem versa est. Cuius undas
cum sine misceri conaretur alpheus ipsa a
terra absorta est et in ortigiam usque insulam
delata et inde in siciliam. Usque nunc etiam alphe
um eam secutum dicunt. In qua fabula mon
strum designatur apparet. Nam certum est alphe
um elidis fluvium esse et apud siracusas
sicilie habere exitum. Quod probare videtur seneca
philosophus ubi de questionibus naturalibus sic dicens. Quon
dam fontes certo tempore purgamenta eiectant
ut arethusa in sicilia quinta quaque estate

Seneca

per olimpia in opido est alpheon ex achaia
eo usque penetrare et agere sub mare cursum
nec atque in siracusano litore emergere.
Ideo quod hiis diebus quibus olimpia sunt victima
rum stercus secundum traditum fluminis illic redundare
habet seneca. Ab hoc igitur eventu fabule lo
cus advenit et est. Ovidius tamen agit carmine
suo ut minime videatur immaculatum dum dicit
in eodem arethusa pars ergo nympharum que sunt
in achaide dicit una fui et cetera. Verum hac esse
absorta a terra ostendat non in sicilia venisse
dicit sed in ortigia insula erupisse qualiter
autem postea in sicilia venit hac audiendum
videtur esse quod se fatetur in elide ab alpheo di
lectam et sic per subterraneos meatus in sici
liam devenisse. Et ut etiam testari videtur
virgilius illi dicens Sic tibi cum fluctus sub
terlabere sicanos doris amara suam non inter
misceat undam. Et sic fons et non fluvius
ex elide in siciliam venit et ob misericordiam
fluvius amor fluvius in fonte presumptus est.
Altera vero arethusa in ytachia insula
fons est. De qua sic dicit homerus [illegible Greek]
[illegible Greek] Id est
penes coracis petram ac fontem are
thusam. Leontius vero ex hac arethusa
refert quendam fuisse in ytachia venato
rem cui corax nomen qui furore impulsus
ex petra quadam precipitem se dedit in mare et
ob id petra illa ab eo corax denominata
est. Mater autem eius, nomine arethusa, nom
hoc videns dolore perita in vicinum petre
fontem se proiciens enecta est et sic de se no
men fonti dedit. Et sic duo sunt fontes
arethusa vocati. Solinus autem ubi de mi
rabilibus mundi tertium addidit asserens
apud thebas fontem esse cui etiam arethu
sa nomen sed apud aquas thebas non dicit.

Solinus

De acheloo flumine occeani undecimo
filio. Qui genuit syrenas.

Achelous fluvius ut dicit paulus
filius fuit occeani et terre. Ennius
vero dicit eius matrem fuisse techidem. Theo
dotius cum solis et terre filium vocat. Homerus
autem in yliade non tantum acheloum sed omnes
fluvios dicit occeani filios sic aiens
[illegible Greek]
[illegible Greek]
[illegible Greek] Id est neque profundissimi
magna potentia occeani a quo omnes fluvii
et totum mare et omnes putei longi fluunt. Terram autem
fluviorum matrem esse per virgilii carmen

homerus

virgilius

in georgicis comprehendi potest. Nam dicit iamque domum mirans genitricis et humida regna speluncisque lacus clausos lucosque sonantes ibat et ingenti motu stupefactus aquarum omnia sub magna labentia flumina terra spectabat etc. Cum ergo in ventre terre ante ortum consistant flumina et eius ex ventre affluat, bene terra mater dicitur fluminum. Quod autem dicebat theodontius ratione non caret. Volunt enim phisici a tractu solis nonnullas aquas in terre cavernas deducti per humiditatem vaporum solis calore sequentium. Qui cum in frigidis terre visceribus evaporates in aquam vertuntur quod per occultos meatus in superficiem veniens erumpit in fontem et quandoque flumen conficit. Quod autem de origine huius dictum est de reliquis autem intelligatur necesse est ne oporteat replicare quociens de aliquo flumine sermo fieret. Iste autem fluvius ut ait ovidius ingenio corum olim erat insignis tandem ob petitam deyaniram oenei regis calidonie filiam in coniugium herculi desponsatam cum eo in certamen devenit. Et cum sese in varias transformasset figuras ad ultimum victus est ab eo et uno cornu privatus est. Premissa preterea lactancius et fulgencius dicunt hunc fuisse qui vinum poculis miscuit. Quod etiam testatur virgilius poculaque inventis acheloia miscuit uvis. Sunt qui syrenarum patrem esse voluerunt. Quid per hec sciendum sit exquirentes sciendum achelon flumen epyro monte fluere ut scribit plinius et ut vibius sequester de fluminibus asserit primus sunt qui terra erupit et ut idem plinius ait acarnaniam ab ethilia dividit et per fines perebiorum effluens in maliacum sinum effunditur hostio obiectas habens insulas echinadas ex quibus assiduo terre invectu continenti quasdam iunxit. Certamen tamen eius et herculis quam in gloria herculis cessit ubi eiusdem labores in sequentibus scribemus ut dabitur exponemus. Vinum autem poculis miscuisse nil aliud intellexisse veteres puto nisi quia primo penes eum in grecia vinee plantate sunt quod in usu antea non erat et sic ex eo loco primo vinum promatum est. De syrenis ante dicet in proximo.

De syrenis filiabus acheloi

Syrenas tres fuisse firmus et fulgencius asserunt et acheloi atque caliopis muse filias cantantes que dicuntur altera voce altera cithara et tibiis tertia. Leoncius vero illas dicit fuisse quatuor sic nuncupatas aglaosi, telcxpi, pisinoi et iligieas, quas filias acheloi et thersicoris muse. Quartam tympano canere superaddens has dicit ovidius socias fuisse proserpine eamque raptam diu quesisse. Quam cum non reperissent in monstra marina fuisse conversas ora virginum habentes et corpus ad umbilicum usque femineum abinde infra pisces. Quas tamen quas alatas albericus dicit et eis gallinaceos pedes addit et retenta modulatoris voce quam ante mutacionem habebant dulcissimam canunt melodiam. Has preterea dicit firmus in promontorio pelori sicilie primo tenuisse. Primo deinde ad capream insulam secessisse. Plinius vero dicit neapolim calchidensium et ipsam parthenopam a tumulo syrenis appellatam et sic iam quinque syrenas habemus. Deinde paulo post dicit idem plinius nucerina surrentum cum promontorio minerve syrenum quondam sedes. Aristoteles autem ubi de mirabilibus auditu dicit in extremo italie ubi pelorus scissus ab appennino inter tirreno mari in adriaticum prebet syrenas autem insulas residere eas que ibidem sacrum consistere templum in quo plurimum ab indigenis sacrificiis honorantur. Que cum tres sint non absurdum est nomina meminisse. Una ex hiis igitur parthenopia appellatur secunda leucosia tertia ligia nuncupatur. Hec ille. Has autem insuper aiunt sui cantus dulcedine nautas in soporem trahere sopitos mergere mersas ultimo devorare. Quamobrem in pratis earum occisorum ossa illas pingebant videre. Et nonnulli mortuas dicunt dolore quia ad se ulixe preter euntem trahere nequiverunt ut in odissea describit homerus. Hec de illis legisse memini. In quibus quid fingentes senserint advertendum est. Palefatus autem alios in libro incredibilium scribit has meretrices fuisse solitas decipere navigantes. Et leoncius asserit vetustissimam fuisse famam apud etholos primam grecorum fuisse meretriciam et tantum lenocinio facundie valuisse ut fere omnem athaiam in suam vertissent predam. Et ex hoc arbitror fabule originem syrenarum locum fuisse concessum. Et sic illis ethelie fluminis pater est datus eo quod eum penes primo sua scelestia corpore finxerat et ut intelligat

In metamor[illegible]

al' ephyro

plinius

vibius sequester

al' acharnia

echinadas

[illegible]

fulgencius

virgilius

leoncius

ovidius

albricus

firmus

plinius

aristoteles

palefatus al' palepaphus

[illegible] de metab[illegible]

p labente fluuiu prem lasciua & effluetem
ocupisce metricu quibz ob blanda fe oim fa
cundia caliopes . i . bona sonoritas mir asse
bit . Demu pma vocat parthenopia a par
chenos q est virgo Consueile quidi metri
ces docte voletes exteros inretire virginu
seu pudicaz matronaz mores finge ocu
los scili in terra deice verba pauca face ex u
beste tactu fuge petulcis gesticulacoibus
lude et hmoi Et vt ex hijs arbitrent insi
pidi hoste honestatis hospite ee & incogitu
appetat qd erat cogitu fugiedu Secunda d
leucosia a leucos q est albu Ex quo sume
du reor oris formositate et corpis decen
cia atqz uestiu & ornamtoz splendida appa
rencia quibz copte inducut illecebres Na
si desint ista cu ab ignaris p exteriora
iudicent intrinseca no futile deuelet ad i
tentu cu sin na turpes vilipendant & pau
peres Tercia dicit ligia ab ligi q e circu
lus seu giru ex quo insipietis captiuitas
assumeda q adeo irretitos tenet astrictos
vt etia si nouerit celestissias quas ee amat
negant volentes vincla dissoluere harz aut
cantus voce fidibz & tibijs quibz aliud pn
tandi sit nisi melliflua verba . garritus
bladicie risus qz lasciui & petulencie quibz
taterenti naute . i . exteri trahunt in sop
in a talibz . i . in sin oblinione serpos spe
stalida decipietes donec hijs blandicijs
meretricoia oia facultates et namqia de
dezit Et sic demsi no in mare s in sterqui
linio obscene libidinis deuorent ab hijs
maxime pmo infnalibz mostris q eis
nudatis atqz repulsis in pratis . i . in deli
cijs ossibz miseroz . i . exinanitis memori
is nudatoz insident seu eosde infami ser
uitute pmut Ab vmbilico aut infra io
pisces ee dixe vt cognoscam9 ad decorem
eo vsqz virginem corp9 . i . pulcru atqz decez
mulieribz esse concessu vt appareat homo
in vmblico aut libidinosu omem mulierz
ocupiscet ee credut cu soli qd corpi deorsu
restat desceint ex q no absurde piscibz sila
tur qm cauda sut lubrica et facile in aqs
huc illuc discurre . sit et meretrices cominus
in coitu discurre variorz qd p alas etia
designat Has aut hre gallinatios pedes
io volue qz prodige & inconsiderate credecu
cis dispergant substancias Socias aut
has fuisse pserpine io fictu puto qz pro

pserpina sicula habundancia terre sumeda
sit ex qua vt plimu libidinis pruritus
subseqt et ciboz ocioz qz delicie instruat
hec aut du subtrhit ut sit remanete ob
consuetudine appetitu du pqrunt nec
iueniut et ob penuria appetitus accitur
sicut a multis i lupanar vsqz querat
Dicut insup has incolere insulas & lito
ra loca qd ideo dcm est qz sic fit Requit
eni huioi femine vbi cogmte aucupiu fa
ce & io hee ex pposito incolut loca ad que
crebro forenses adueniant vt illos possint
incognite lagare . De hijs quidi syrenis deo
ples ysaias dicit Syrene & demoia sal
tabunt in babilonia q forsan eus mo
in noua babilone ptigisse vidimus Sut
aut syrene dee a sirō q est titus tinut
n . ut pmostratu est De ynaco fluuio
duodecimo filio occeani qui genuit
yone phoroneum et phegeum

Ynacus achaie undis est fluuius
irrigans vt ait pompon9 argolicos
capos hic ut certi occeani & the dicit filius
p quo senciat volut veteres de ynaco rege
ab eo argiuoz a quo denoiatus e fluuius vt eu
sebius ait regnauit Regnante apud assy
rios balameo seu xerxe circa anos mun
di . mmm . m . xlviij qua tepestate jacob na
tus est .

De yone ynachi filia et matre epaphi

Yo vt dicit ouidius filia fuit ynachi
ex qua tale recitat fabula Qd
cu esset formosissima virgo a jone dilecta
e qm illa a prime vndis redeunte atqz
jam fugiente orantecz tenebris sup in
ductis detinuit & oppressit Et cu juno
ex alto indissz tenebris suspicata descedit
in terras et tenebras soluit qd jupit
videns ne pateret omen puella tusformit
in vaccam eaqz laudeti atqz deposceti ju
nom egre dono concessit Que illico arg
filio aristidis cui centu erat oculi bini
& bini dormientes vicissim seru cuda tra
didit Et in copatiens iupr misit mercuriu
vt illa custodia liberaret Qui in pastoris
supta forma argo iunctus e . Cum du red
det fistule sone cu tetigit caduceo et i
pfundissimu sopiu oms vna oclos eius
astrinxit et inde dormiente gladio interfecit
Qd videns juno argi oclos sumens illos
caude panonis auis sue apposuit & vacce

no mores meretrum

ysaias

phoron9

eusebi9

ouidi9

immisit oestrum quo infestata cursu rapuit
et pastus locis plurimis non cum destitit quousque
ad egiptios pervenieret ibi quievit et prece
Jovis a Junone eidem forma pristina restitu-
ta est Et ut voluit plinius Jovi peperit epa-
phum nupsit que api nepoti suo et ex yone
ab egiptiis ysis dicta est · Ego autem fabule du-
plicem esse sensum puto naturalem scilicet et histo-
riographum quorum talem naturalem existimo ut hic
motu macrobii sumam pro sole intelligi accipiendus
est qui sol ynaci filius filiam amat humanam
scilicet vitalem humiditatem ut in ea agat fiat-
que quod ait aristoteles homo hominem generat et
sol Quam quidem humiditatem ynaci motu fricti-
one filiam tunc tenebris circumdat cum in utero matris
suo opere conceptum fetum auget et confirmat Quas
quidem tenebris tunc Juno · i · luna ad quam
spectat meatus ampliare corporum resolvit cum i-
nvocata more veteri eo quod dea parturientium habe-
tur illum iam maturum deducit in lucem que iam
sol in vaccam transformaverat · i · in hominem · quandoquidem solis co-
rrecta animal fecerat et ideo in vaccam transformatur dici-
tur hoc quia uti vacca laboriosum et fructuosum sit
animal sic et homo quicquid uti ad volatum avis sic
et ipse nascitur ad laborem quorum aut fructuosus
sit labor deus ipse cognoscit Demum hic ia-
natus argo suadente committitur nondum cum per-
fecto multa sunt lumina semper et in salutem nostram
vigilantia Sane mercurius · i · blande carnis
astutia caduceo · i · suasionibus pessimis in
soporem rationem deducit atque interimit eaque su-
perata atque deiecta Juno · i · regnorum prominen-
tiarum atque divitiarum concupiscentia vacce · i ·
humano appetitum summittit oestrum · i · solli-
citudinis acquirendi stimulum hinc miseri cur-
su rapimur vagamur et circa agrum fluctuantes
quiete eius in rebus querentes in quibus nedum sit
quies sed continuus labor inest talis ut anxi-
os nos ad ultimum deducat in egiptum · i · in
tenebras exteriores ubi fletus et stridor dentium
est in nobis divino munere suffragium prestetur
ysis efficimur · i · terra sic enim ysis interpretatur
et a cunctis tamquam res vilis atque deiecta calca-
mur Et hec quantum ad naturalem et misticum sensum
dicta sint Ad historialem autem videre sufficiet quod
supra de yside promethei filia dicta sunt si hanc
potius quam illam egiptiam ysidem esse velimus Theo-
dontius vero et leontius aptissime negant ionem
hanc in egiptum transfretasse aut nuncupatam ysim
fuisse nomine quinimmo dicit alter eorum eum apud
yonas regnasse eos que de suo nomine nuncu-
passe Quibus etsi multum quidem obstet anti-

quitas multum tamen fidei affert in convenientia
temporum · Eusebio · n · teste in libro temporum ynachus
apud argos regnavit circa annos mundi iii^m
ccc · xl vii · cuique annis quinquaginta regnasse
dicit eusebius idem insuper quod temporibus yone et hic
filium esse ex qua et in prole phoronei filia natum
apim non epaphum Reliqui vero Joves dum
fuere post istum ex quibus secundus ysidi prome-
thei filie contemporaneus est · Nam regnante
argivis phorbante ysis ipsa promethei filia
floruit etate et eadem tempestate constat ar-
gum fuisse circa cernetem Inde idem eusebius
in eodem libro anno mundi iii^m dc · xl vii · regna-
te cicrope athenis dicit yonem ynaci fuisse
filiam eidemque Jove iniunctam et eam anno cicro-
pis xliii^o in egiptum transfretasse Subsequitur
adhuc eusebius in eodem libro dicit anno mundi
iii^m dcc xxx · danaum regem argivorum fuisse
et eius filiam ypermestram et eandem ysidem seu
yonem esse postremo in eodem volumine asserit anno
mundi iii^m dcc lxxxiii · regnante lynceo ar-
givis et athenis pandione ypermestram quam
ysidem vocatam fuisse Quod quidem tempus satis compe-
tit Jovi cretensi qui Jupiter tercius fuit Quibus-
tamen diversis ystoriographorum opinionibus sese stu-
pefactus quid teneam de hac yside nescio hoc tamen
scio quia temporis conformitas ysidis promethei cum
Jove et hystoria que si non vera est vero tamen
similis est me magis quam ad aliquam aliarum trahit
Sane ut ad aliquid circa allegoriam humanioris
per alios dicta veniatur aliis omissis Dicit hanc io
in vaccam fingi mutatam quia in navim cuius
erat insigne vacca in egiptum transfretasset
Que postmodum dum ut dicit fulgentius ab
egiptiis in summa reverentia habita esset sibi has
egiptiis tradidisse qui primo signis loco licterarum
utebantur eosque terre docuisse culturam Et
ut placet marciano hanc usum sementem quam primo
ibidem adinvenisse seu atque seri fecisse et
multa eis etiam commoda demonstrasse esto
augustinus in libro de civitate dei dicat quod
scribit eam de ethiopia in egiptum venisse regi-
nam · preterea eam api nepoti suo qui post eum
et aliqui eam dicant in egiptum transfretantem
nupsisse Eusebius vero eam cuidam nupsisse
thelegono scribit et ex quocumque hunc seu ex
Jove seu ex api vel thelegono epaphum filium
peperisse voluit · hec insuper propter concessa commoda
doctrine sinus egiptiis ab omnibus dea habita est
et dum vixit omni divino cultu honorata et
post mortem ut ait augustinus non superaddo sub-
illis grata ut capitali crimine reus fieret si

quis ea fuisse hoiez dicet

De phoroneo ynachi filio Qui genuit egialeu et nyobem

eusebius

Phoroneus ut eusebius in libro tpm
scribit filius fuit ynachi et secudus
apd argos tenuit regnu bello oportunate
assirijs et sicionis leuttippo fuit quippe ho
insignis industria & sapien conspicuus Cuius
tpe pmo legu & iudicioz argos clarior fca
e. Na ob hoc iuris ciuilis periti dicut eu lo
cu que foru dicimus in quo scilz petentibus
iura redduntur denoiari Cuius preterea filios e
gialeu atqz nyobem fuisse dicit eusebius As
serit insup lactancius hunc pmo iunoni sac
rificasse –

Qr dr forum ius reddit

De Egialeo phoronei filio

Egialeus ut testatur Eusebius phoronei
fuit filius hunc apis que phoronei filium
quida dicut quod etia ipse velle videtur Eusebius
dato dicat eu ex niobe filia phoronei iouis
filiu pmu ex mortali feia susceptu fore –
postq argis regnasset in egiptu transitur
athaie regnu liquit sz eiu inquiunt veriori
no dicit eusebiu aut in se discordante de api
que & iouis & phoronei dicit filiu ut verum
scripsisse videat est possibile duos fuisse qbz
nome ipe quoz alter iouis alter phoronei fuit
filius et sic ydemptitatis nois veritatem
historie intricarunt Quod aut duo fuint per
eusebiu appet quoz unus ut ipe ait sicion
oz rex fuit et anos mudi iii^{m} cc. xxix.
Ille vero apd egiptios deificatus est ano
mudi iii^{m} ccclxvij. Et hunc ipe dicit eusebius
regie argivoz fuisse ano mudi iii^{m} ccc.
lxij. Et cu egialeu frem suu rege fecisset
athaie ad egiptu nauigasse preterea idem
eusebius scribit anno mudi iii^{m} iiii^{c} xxiii. ioue
nyobi filie phoronei immixtu ex eo cocubitu
natu apim que postea serapim egipty vo
caue deus rei hius videat veritate Ego quidem
has intricationes no intelligo nedu explicare
queam –

De nyobe filia phoronei que peperit apim

Gervasius

Nyobes ut eusebio placet fuit filia
phoronei Esto gervasius tilberiensis
in libro ocioz imperialium asserat hac ynachi
phoronei no filiam Quod quidem no e impossibile
ipe nome iuni et filie fuisse Cum hac aut
dicat Eusebius et posten lactancius immixtu
ioue cu an mortaliu nulli fuisset immixtus
& ex ea suscepisse. Apim qui post phorone
u regnauit argivis & ab egiptijs post modum

serapis deus est

De phegeo ynachi fluminis filio

Augustinus

Phegeus si augustino credimus ynaci
fuit filius Qui cu adhuc iuuenculus
moreretur ad eius tumulu templu costructu
est et sacra ordinata ut tanquam deus &
coletur primus quidem sacella dijs instituerat
et honores diuinos impenderat coteratqz
regni sui rudes hoies tpa p menses & anos
distinguere quibz meritis a suis deus habitus e

De peneo flumine xiii. occeani filio Qui genuit Cyrenem et danem

Peneus thesalie fluuius e eque occea
ni sicuti et reliqui filius celebris
quidem poetaz carminibz & historiographoz
libris cui due fuere filie cyrenes & danes

De Cyrene penei penei filia Que peperit aristeum et fratres

Cyrenes teste virgilio filia fuit pe
nei flumine dicit enim Cyrene soror ipse
tibi tua maxima cura tristis aristeus penei
genitoris ad unda & c. hac dicit Iustinus
ab appoline rapta et ei aristeu & fratres
peperisse. huius aut q scdm rei veritate spei
regis apd peneu regnantis fuit filia
& fabula & historia plene het in precedentibz
ubi de aristeo dcm e

De dane penei filia

Danem penei fluuio fuisse filia vul
gatissima fama est et fere deliro iam
anicule ea & speciosissima virgine et a
phebo dilecta noue cuiqz du fugeret mise
ratione deoz in lauru fuisse conuersa & ide
ab appoline ad suas citharas & pharetras
ornandas assumpta. Que na fabula ni fallor
ratio tangit naturalis pro dane quidem humidit
q circa penei ripa ex ipso peneo procedit
sumenda est qua id appoline dixe dilige
eo q illa feruore radioz suoz in sublime
trahat eaqz no nunqua resoluit in aerem
et ob id humiditas ut nata sit qz vnaqz res
fugit et renuit id p quod de ee ad no ee
trahatur sese ad intrinseca terra trahit ibi
ante cu ea in altu trahe negat apollo a
git in ea et cu humidet regio illa semine
lauroz elicit lauros & sic danes. i. hu
miditas penei filia in lauru versa videtur
Sed ratio videnda e cur huius frondes suis
citharis & pharetris dicauis appolloi q
opt ee talis mos grecoz vetustissimus
fuit scdm qualitates agonum quos varios
in suis solepnitatibz pagebant int alia

numera sertis frondium honorare victores et cum inter ceteros tanquam victor plurimus celebraretur Agon qui in memoriam superati Phitonis ab Apolline cum solemniori fieret victori eiusdem lauri non decernebatur sertum. Ex quo modo poetis huiusmodi potissime qui heroico carmine gesta maiorum perpetue commendabant memorie videbantur enim hos non posse absque Apollinis facundia tam sublimes versus componere. Et sicuti per pharetram Apollinis pugiles et athletas designari volebant sic per citharam demonstrantur poetas. Et hinc tractum Apollinis citharas et pharetras ornari lauro. Cuius mos postmodum cum universali rerum gloria ad Romanos delatus est tanteque apud eos fuit existimationis ut nisi quibus decerneretur triumphus decerneretur et laurea poetis exceptis qui superato laudabili labore meriti videntur. Quod vir inclitus Franciscus Petrarcha cui iam pridem fuit honor delatus iste in epistolis suis dicens: Florea virginibus sunt laurea serta poetis Cesaribusque simul par cum ea gloria utrisque nec erat decernere cuiquam laurea vulgare antiquitus solum senatus fuit ista potestas que sibi postea ut reliqua surripuere principes. Que autem ratio tam exquisiti moris inventores movit non latet. Dicunt enim Ysidorus et Rabanus quod laurus a verbo laudis dicta sit cum prisco tempore laudus vocaretur et inde quod victores per quos conservabatur et augebatur res publica et poetas per quos hominum vita immensis extollebantur laudibus frondium laude significantium ornabantur. Viret preterea arbor hec perpetuo ut ostendatur per eius viriditatem virorum talium perpetuo vivere famam. Et cum sola non fulminetur sic talium glorie viriditatem ab invidie fulmine ledi non posse. Sacra insuper hec arbor Apollini ideo est eo quod occultam quandam divinationis videatur habere virtutem. Nam autem si quis huiusmodi vera frondes capiti dormientis supponat eum visurum sompnia et ideo Apollini divinationis deo dicata est.

[Margin: Franciscus Petrarcha poeta gloriosus]

[Margin: Ysidorus Rabanus]

De Nylo flumine quartodecimo Occeani filio qui genuit Minervam Herculem Dionysium Mercurium et Vulcanum

Nylus flumen est meridionalis Egiptum ad Ethiopia separans Occeani et Terre filius. Hunc secundum quosdam latine nominatum est Melo eumque inter theologi in sacris libris appellari Geon. Dicit de hoc multa et mirabilia referuntur. Composuit enim ex eo libellum Aristoteles et Seneca philosophus ubi de questionibus naturalibus multa dixit. et post eum Lucanus sic et ego ubi de montibus et fluminibus. De quo quoniam hic preter simplex nomen non ponitur si quis amplius velle desiderat prelibatum volumen querat. Nos autem de filiis eidem attributis prosequamur.

De Minerva Nyli filia

Minerva alia a superioribus ut dicit Tullius de natis deorum filia fuit Nyli et ab ut ipse idem testatur Egipti Salete colunt. Credo ego hanc prudentem et artificio insignem fuisse mulierem ideo Nyli filia dictam quod penes eum forte gessit imperium

De Hercule Nyli filio

Hercules a superioribus alius ut placet Tullio Nyli fuit filius. Hunc aiunt literas frigias conscripsisse eumque dicit Theodontius qui cum Antheo luctam egit quem arbitror illustrem aliquem fuisse virum Nili accolam et inde illum in filium attributum

De Dionysio Nyli filio

Dyonisius ut dicit Cicero Nyli filius fuit non tamen cum Velige eum dicat eum Nysam interemisse. Que autem hec fuerit Nysa ego non repperi. Sunt tamen qui velint hunc esse eum Dyonisium qui adversus Indos huic bellum et a Perseo superatus et occisus est. Hunc preterea nonnulli putant eum esse qui cum Antheo pugnavit et ob victoriam habitam Herculis meruisse cognomen.

De Mercurio quarto Nyli filio qui genuit Mercurium quintum et Daphnim

Mercurius a superioribus quartus Nyli fuit filius ut legitur apud Tullium de natis deorum. Hunc dicit Theodontius Hermetem Trimegistum fuisse primum quendam hominem et plurimum inventum doctissimus. et tamquam gentilis homo de vero deo mirabiliter bene sensit ut in libro quem de ydolo ad Asclepium scripsit. Hic apud Egiptios in maxima veneratione fuit adeo ut apud eos nephas fuerit ipsum proprio nomine nuncupare credo ob reverentiam numinis ne forte nominando de eius humanitate et mortalitate sermo contingeret. Et sic videretur deitati eiusdem aliquo derogari. Nilus autem filius dictus est ad extollendam fluminis et eius gloriam. Volentes eum ipsum quosdam seu genitos seu attributos habuisse filios.

[Margin: Hermes trimegistus]

De Daphni Mercurii quarto filio

Daphnis ut summe asserit filius fuit Mercurii. Verum huius an posterius alterius ignoro. Ego autem quoniam sub hoc apponi comperi sic apposui. Fuit quidem iuvenis forma speciosissimus et ut aiunt primus in silvis pastor.

[Margin: primus pastor in silvis fuit Daphnis]

De mercurio quinto filio mercurii quarti
Qui genuit noracem

Mercurius qui a primo quintus est ut dicit
theodontius mercurii filii nili fuit fi-
lius et cum aprehendat fuit nominatus ob insignem
eius et artificiosam facundiam meruit cognominari
mercurius atque coli hunc enim ceterorum mercuriorum
asserunt insignia at insuper a theodoncio gal-
lus illius apponit cingulo Quem dicit enim
cum illi videretur a fama parum atque patris locum
precipi in extremum occidentem abiisse Et ibi in
maxima occidentalium existimatione fuisse
Et cum illos multa docuisset ad mercimonia
spectantia et mensuras et pondera mercatorum deum
ab eis nuncupatum fuisse Cuius nominis interpretationem
a preclaro viro francisco petrarcha facta optime — petrarca
cognovi cum titulo deitatis dicit enim in libro
rerum memorandarum sic unde et mercurium
quem sermonis deum vocant inde dictum volunt
quasi mercatorum kirium hoc est dominum esse videatur
hec ille Kallum autem illi addidisse ut omita-
mus reliqua ut nocturnam mercatorum solertiam
designaret quam eo tempore potissime utuntur
in componendis mercimoniis in vendendis rebus in
itineribus peragendis et huiusmodi hunc eundem tropho-
nium id est inquisibile appellat quod aptissime mer-
catorum est sese scilicet ad mores quarumcunque na-
tionum ad quas vadunt vertere et negotia sua
omnia quadam astuta sermonis circumvolutione
peragere et ingenio et sagacitate tractare Et
quoniam ad occiduos abierit ab egiptiis et
grecis eum abiisse sub silentio est De hoc Iu-
lius celsus in libro belli gallici a cesare con- — iulius celsus
fecti dicit sic hunc galli maxime colunt et illum
inventorem artium volunt et viarum atque itinerum
ducem dicunt et ad questum pecunie et mercaturas
habere vim maximam arbitrantur Cicero autem
ubi de natura deorum hunc mercurium quem trophon
appellatum esse filium dicit fuisse valentis et coroni-
dis leontius autem addit dicens eum uterinum — leontius
fratrem fuisse esculapii medici fulminati Et
ob dolorem fraterne mortis ad occiduos secessisse
se eusebius vero in libro temporum cum theodon- — eusebius
tio concordat dicens eum fuisse filium tune
gisti et regnante argis sceleno floruisse

De norace mercurii quinti filio

Norax ut dicit theodontius filius fuit
mercurii quinti ex erithrea nympha
pyrenei filia quod esse testari videtur solinus ubi — solinus
de mirabilibus mundi quem equum cum theodontio dicit
hunc noracem a tharsaso hispanie opido ve-
nisse sardiniam ubi cum sardus herculis filius
venisset insula ex suo nomine dixisset sardinia
ipse opido constructo nora de suo nomine nun-
cupavit.

De vulcano nili filio qui genuit
ethiopem et solem

Vulcanus non is qui prefuit lemno
sed alter ut cicero de natura deorum scribit
filius fuit nili hunc opi egiptii appellat
eumque esse custodem egipti volunt Et cum nil
aliud de eo legerim credo eum aliquem insi-
gnem fuisse virum circa fabre fictiones
et architectonica et fectus multum impri-
mis fuisse et ob id nilum in filium attribuerunt.

De ethiope vulcani filio

Ethiops ut plinio placet in libro de — plinius
historia naturali filius fuit vulcani
et ut ipse idem ait cum omnis gens eius re-
gionis que postea ethiopia dicta est appella-
retur etheria et deinde athlancia postremo
ab isto ethiope ethiopia nuncupata est
Non parvum equidem argumentum eum potentissi-
mum fuisse hominem

De sole vulcani filio qui genuit phetontem phetu-
sam lamphetusam et iapetiam

Sol ut scribit tullius vulcani egipti
fuit filius Et ut idem dicit cicero egip-
tii volunt eius urbem fuisse eliopolim na-
gerete elios sol dicitur Theodontius autem dicit
eum in ea civitate regnasse et splendidissimum
fuisse regem et meropem vero nomine nuncu-
patum et in coniugem climenem habuisse ex ea
eridanum quem phetontem vocavit et alios
filios suscepisse leontius vero putabat eum
idem cum ethiope fuisse et ob splendorem ocu-
pate ethiopie solem ab amicis et subditis
nuncupatum

De phetonte solis filio
Qui genuit ligurum

Pheton filius fuit solis egiptii et
climenes ut carmine patet ovidii — ovidius
in persona climenes dicentis per iubar
hoc inquit radiis insigne coruscis
rate tibi nato quod nos auditque videtque
hoc te quem spectas hoc te qui temperat or-
bem sole satum etc. De hoc tale recitat
ovidius fabulam contigisse scilicet quod non cedere
te phetonte epapho iovis et ysidis filio
ab illo dictum sit eum solis non esse filium quod
ob eum pheton iniuria gestus ab ea in re-
gia usque solis deductus est ubi a patre be-
nigne susceptus petiit quod iam se datur
iuraverat donum scilicet ut lucis currum
illi ducere permitteret Quod cum illi sol dum fru-
stra dissuasisset instanti concessit ipse vero
non sufficientibus viribus ad regendum equos

territus visione scorpionis dimisit habenas. Quia ob causam equi omisso consueto itinere nunc in celum ascendentes nunc versus terram etiam declinantes omnem illam celi regionem exusserunt et fere terram omnem inultis desiccatis fontibus et fluminibus incenderunt. Pro medio terra commota orauit Ionem ut auxiliaret ei quibus precibus motus Iupiter fulminauit phetontem qui in padum cecidit ibique a sororibus defletus atque sepultus est et sepulcro appositum epytaphium tale.

Hic situs est pheton currus auriga paterni
Quem si non tenuit magnis tamen excidit ausis.

Fictio hec iudicio meo subscripso cortice historiam et naturalem rationem tegit. Creditum enim ab antiquis est ut in libro temporum asserit eusebius et post eum orosius presbiter in- *[margin: eusebius orosius]*
mensum fuisse incendium quoddam per maximum in partibus grecie et orientis fuisse regnante cicrope primo atheniensium rege nec hoc humano opere factum sed corporum supercelestium influsione emissum et id omne incendium vocatur phetontis. Huius enim longe lateque vagantis opere factum est ut desiccarentur fontes et flumina multa sata omnia redigerentur in cineres arescerent silue et arbusta quecunque relinquerentur ab incolis urbes et a populis regiones et mare fere fenescere uideretur omne. Et cum mensibus pluribus perseuerasset pluribus contigit ut circa medium autumpni cadentibus immensis imbribus extingueretur. *[margin: quid pheton interpretatur]*
Quod sub figmento tali ratione posuit. Pheton autem alia ut ait leoncius thessalus latine sonat incendium hic id solis dicitur filius quia sol caloris fons et origo sit. Et sic cum a sole causari videatur calor omnis non inmerito incendii pater fictus est. Climenes autem grece latine sonat humiditas que id phetontis mater est dicta quia non possit perseuerare calor nisi continua subsistat humiditas et sic ab humiditate tamquam a matre filius alii uidetur et nutriri ac conseruari. *[margin: quis climenes]*
Quod autem pheton petat a patre ut currum lucis ducat nil aliud sentire debemus quam innatum quemdam et insensibilibus creatis permanendi et augendi desiderium ut de insensibilibus tamquam de rationabilibus loquar. Quod etiam de terra orante dicere possumus. Quod autem inserit eum viso scorpione timuisse atque habenas equorum liquisse et inde eos ultra solitum ascendisse et celi partem illam exussisse et terram equo modo descendentes incendisse ab ordine non continue suppitum est. Est enim in zodiaco spatium viginti graduum *[margin: quod pheton ducit currum patris]*
a vigesimo gradu libre usque ad vm. scorpionis. Quod phisici uiam uocauere combustam eo quod singulis annis transeunte sole per spatium illud omnia in terris videantur corrumpi. Nam arescunt herbe frondes albescunt et decidunt aque ad interiora terre retrahuntur nec aliquid penitus ea tempestate gignitur. Et sic ab effectu celi pars illa denominatur. Preterea phetontem circa medium autumpnum fulminatum fingunt quia eo tempore ex opposito scorpionis occidente sole surgunt in oriente cum signo tauri pliades orion et eridanus astra habentes prouocare pluuias et exundationes aquarum a quibus extinguntur incendia. Quas pluuias videmus ut plurimum cadentes circa medium autumpni uel circa eundem perseuerare et sic earum opere omnis terre superficialis calor extinguitur. Eum autem in eridanum cecidisse sic sentiendum puto. Dicit enim yginus in libro de astrologia poetarum eridanum a nonnullis nuncupari nilum et ab aliis occeanum pro quibus ingentem aquarum copiam debemus accipere. Et sic intellige incendia in ingenti aquarum copia cadere id est extingui et sic non in padum simpliciter ut nonnulli minime aduertentes arbitrantur. Quod autem a Ioue fulminatus sit sic intelligendum reor intelligunt enim poete non numquam per Ione ignem et aliquando aerem quem hic pro aere accipiendus est in quo ascendentes vapores humidi conglomerantur in nubes que si impulsu alicuius uenti extollantur usque ad frigida aeris regione confestim uertuntur in aquas quas cadentes pluuias dicimus et sic fulminatus est id est extinctus a Ioue id est ab aere cadente pluuias possemus insuper dicere omissa historia ueri estiuum calorem a tempore superuenientis autumpni extingui et in imbres uerti. Asserit tamen paulus perusinus se *[margin: non eridanum nisi padum hic]*
nescio quem eustacium quod regnante Spareto apud assirios eridanus quidam pheton solis egipti filius cum copia suorum duce nilo nauigiis deuenit in mare et uentis agitatus in sinum quem ligusticum dicimus uenit ibi cum sinus longa fatigatus nauigatione descendit et cum suasionibus suorum in mediterranea perrexisset tremquam unum ex sociis suis nausea maris debilitatum cum parte suorum nauium custodem liquit in litore. Qui ineptus accolis loci siluestribus hominibus opidum condidit et genuam de suo nomine nuncupauit. Eridanus autem superatis motibus cum in amplissima atque fertilem deuenisset planitiem homines quasi rudes et agrestes feroces tamen comperisset ritus est *[margin: non quis edificauit genuam]*

no[mi]ne quo edificat[ur] taurinu[m]

ingenio superatum ferociam secus padu[m] co[n]sedit. Et ut idem refert paulus videt[ur] eu[m] s[e]n[s]isse velle taurinum opidu[m] suu[m] fuisse o[lim] pus s[ed] eridanu[m] nu[n]cupatu[m]. Ibide[m] aut[em] cu[m] aliquadiu regnasset relicto ligure filio i[n] pado periit a quo padus eridanus appellat[us] e[st]. Que vetes [?] ethyon in memoria co[n]patri ote sui int[er] celi ymagines locavit. Et sic aliq[ui] videntur arbitrari hoc fabule dedisse cau[sa]m et potissime q[uia] fulminatus sit phetou et in padu[m] deiectus. Addebat hunc leonci[us] fr[atr]es duos yppiclu[m] sc[ilicet] et phylacem co[n]sp[ic]u[os] natu maiores phetonte de quib[us] q[uonia]m nil aliud repi[?] illos appone[re] non curavi.

De ligo phetontis filio

Ligus ut ex dictis patet filius fuit phetontis eiq[ue] mortuo successit qui quos sunt inditio ne populos ligu[r]res de suo no[m]i[n]e nu[n]cupavit.

De phetusa lampetusa et Iapecia filiabus solis

Cupido ut ait Tullius in libro de na
tura deorum martis et veneris fuit filius. tullius
Quem insipidi veteres moderni que ingentis
potentie deum voluerunt quod satis patet carmine
senece tragedi qui de eo in tragedia ypo
liti sic dicit: Et iubet celo superos relictos
vultibus falsis habitare terras Thesali phebus
pecoris magister egit armentum posito quoque
plectro impari tauros calamo vocavit
induit formas quociens minores ipse qui
celum nebulas quoque ducit candidas alas mo
novit penas etc. Inquibus quoque tamen sic po
tentiam designat nec minus ostendit in ea fa
bula qua de eo recitat ovidius. Dum illum dicit ovidius
ob daphnis pulcritudinem appollinem phitonis
victorem aurea vulnerasse sagitta et daphnem
plumbea ut amaret ille hanc. Illa autem hunc
haberet odio. Huius formam sic describit seneca Seneca
tragedus in octavia volucrem esse amorem
fingit in mitem deum mortalis error ar
mat et tellis manus arcus quoque sacros in
struit sena face geminum quoque credit venere etc.
Ennius autem dicit eum etate puerum et fran Ennius
ciscus de barbarino non postponendus homo in
quibusdam suis poematibus vulgaribus huic
oculos fascea velat et griphus pedes attri
buit atque cingulo cordium pleno circundat.
Apuleius autem ubi de asino aureo eum descri Apuleius
bit formosissimum dormientem sic. Cum videret
capitis aurei genialem cesariem ambrosia
temulentam cervices lacteas genas que pur
pureas pererrantes crinium globos decoriter
impeditos alios ante pendulos alios re
tropendulos quorum splendore nimio ful
gurante et ipsum lumen lucerne vacillabat
per humeros volatilis dei penne roside
micanti flore candicant et quamvis alis
quiescentibus extime plumule tenelle ac
delicate trepidule resultantes inquiete
lasciviunt ceterum corpus glabellum atque luci
lentum et quale peperisse venerem non peniteret
etc. Recitat preterea auxonius ex hoc fabulam Auxonius
satis longo carmine scriptam quam pictam ait
treveris in triclinio zoyli cupidinem scilicet
in mirteta herebi cum evolasse. Quem
cum cognovissent heroides mulieres eius
ob causam dira supplicia et inhonesta desidia

atque mortes passe sunt eo agmine confestim
in eum irruente et fluctuantem conatum excede-
re vires eum cepere atque in excelsa ibidem myr-
to cruci affixere suas in pendenti usque in fi-
mas iniecere quas intendiat et advenisse
Venerem increpantem eum atque vultam ca-
thenas imperantem et supplicia sevia mi-
nitante quibus commotis aliis remissis
sunt iniuriis a Venere venia illi impetrata
eumque sustulere de cruce et ipse evolavit
ad superos refertur et insuper plura quibus
omissis decorum perscrutandus est sensus
finxisse eum cupidinem martis et veneris filium
et insigne pulcritudine lascivumque moris
satis possibile verum de hoc minime
sense fingentes. Et idcirco quis talis
ex his oriri potuit inter opiniones maio-
rum investigandum est. Est igitur hic quem cupidinem
dicimus mentis quedam passio ab exterioribus
illata et per sensus corporeos introducta et
intrinsecarum virtutum approbata prestantibus ad hoc
supercelestibus corporibus aptitudinem voluit
namque astrologi ut meus asserebat ve-
nerabilis Andalo quod quando contingat martem
in nativitate alicuius in domo veneris
in tauro scilicet vel in libra reperiri et sig-
nificatorem nativitatis esse pretendere hunc qui tunc
nascitur futurum luxuriosum fornicatorem
et venereorum omnium abusivum et celestium et
talia hominem. Et ob id a philosopho quodam cui
nomen fuit Aly in comento quadripartiti
ti dicitur est quod quandocumque in nativitate alicuius venus
una cum marte participat dat nascenti con-
cedere dispositionem plurimo tempore fornicacioni-
bus atque luxuriis aptam. Quecumque ap-
titudo agit ut quando talis videt mu-
lierem aliquam quea sensibus exterioribus commen-
detur confestim ad virtutes sensitivas in-
teriores defertur quod placuit et id primo deve-
nit ad fantasiam ab hac autem ad cogita-
tivam transmittit et inde ad memorativam
ab istis autem transitum ad eam virtutis speciem
transportatur que inter virtutes apprehensivas
nobilior est id est ad intellectum possibilem. hic autem
receptaculum est specierum ut in libro de anima
testatur Aristoteles ibi autem cognita intellecta si per
voluntatem patientis sit in qua libertas eligen-
di et retinendi est ut tamquam approbata
retineatur tunc firmata memoria hec
vel approbate passio que iam amor seu cu-
pido dicitur in appetitu sensitivo ponit se-
dem et ibidem variis artibus tanquam aliquem
adeo transdit et potens efficitur ut Iovem

olimpum linquere et tauri forma sumere
cogat. Aliquando autem minus probata seu fir-
mata labitur et adnichillatur. Et sic ex
marte et venere non generatur passio sed secundum
quod superdictum est homines apti ad passiones su-
scipiendas secundum corpoream dispositionem producuntur
quibus non existentibus passio non generaretur.
Et sic largiter sumendo a marte et venere
tanquam a remotiori paululum causa cu-
pido generatur. Seneca autem tragedus in octa-
via ampliori paululum licentia esto pauci-
oribus verbis huius describit originem dicens
vis magna mentis blandusque atque animi calor
amor est iuventa gignitur luxu ocio nutri-
tur inter leta fortune bona. Sane in ex-
cusatione sue imbecillitatis hanc pestem
mortales insipientissimi passione hac pote-
tissimum finxere deum quos in ypolito Seneca
tragicus detestatur dicens. Deum esse amorem
turpi servitio favens finxit libido quoque
liberior foret titulum furori numinis falsi
addidit et cetera. Sed iam eo veniendum est ut excus-
sis fictionibus quid sub eis sit absconditum
videamus. Hunc puerum fingunt ut etate
suscipientur passionem hanc et mores de-
signet. Iuvenes enim ut plurimum sunt et mo-
re puerorum lasciviunt nec satis sui compo-
tes quo passionis impellit impetus potius
quam quo ratio iusserit efficiuntur. Alatus preterea
dicitur ut passionatorum instabilitas demon-
stretur. Facilo enim credentes cupientes quod de
passione in passionem evolant. Arcum atque
sagittas ideo ferre fingitur ut insipientium
repetina captivitas ostendatur. Nam in
ictu ferme oculi capiunt. Has aureas esse
dicunt et plumbeas ut per aureas dilectionem
sumamus que uti aurum lucidum atque preciosum
sui est sit et ipsa per plumbeas autem odium vo-
lunt quod uti tanquam metallum inherens et vile sit
et malivolentia reddit quos corripit.
Fax autem illi superaddita ondit animorum in-
cendia confusione continua captivos in-
festancia oculos autem illi fascia tegunt
ut advertamus amantes ignorare quo tendant
nulla eorum esse indicia nulle rerum distinc-
tiones sed sola passione ducti pedes autem
griphis illi ideo apponunt ut declaret quam
tenacissima sit passio nec facile inhere-
ti impressa ocio solvitur. Cum cruci affi-
xum sit sapimus doctrinarum est quod quidem fre-
quenter quociens animo in mirtum revocato lau-
dabili exercicio mollicie superamus iram
et apertis oculis perspectam quo trahebam-

de Amore

Aly pha

Aristoteles

Seneca

iguaviam.

De voluptate filia cupidinis

Voluptas ut ait apuleius cupidinis atque psicis filia fuit, cuius generationis fabula ubi de psice latissime dicta est. Cuius figmenti vero aperiet facile. Cum non contingit nos aliquid optare et optato potimur procul dubio obtinuisse delectamur. Hanc delectationem prisci voluptatem vocavere.

De Enomao secundo martis filio. Qui genuit hyppodamiam

Enomaus rex fuit elidis atque pise et ut primo placet atque lactantio martis fuit filius. Sane ergo bellicosum fuisse hominem arbitror et ob id fictum martis filium. Constat enim eum adversus pelopem bellum habuisse et a pelope superatum. Et cum secum venisset in pacem eidem hyppodamiam filiam suam concessit in coniugem.

De hyppodamia Enomai filia et pelopis coniuge

Hyppodamia dicit primus filia fuisse enomai regis et cum formosissima peteretur a multis esset que enomao velocissimi equi ut qui ex ventorum flatu creati fuerant ab enomao petentibus talis apposita conditio est ut scilicet currule debe ret inire certamen et superati necaret victor autem potiretur optato. Et cum iam multos in mortem dedisset advenit pelops tantali regis filius clara floridus iuventute petens que coniugium virginis dispositus subire certamen. Hyppodamia autem cum vidisset pelopem formositate eius capta mirtulum aurigam patris pactione coitus corrupit. Alii vero dicunt clam a pelope fuisse hac eadem pactione corruptum. Mirtilus autem axem currus fecit ex cera et sic cum essent in stadio fracto axe currus enomai pelops victor evasit et sic coniugio hyppodamie potitus est. Dicit Barlaam in annalibus grecorum legisse pelopem ob negatam sibi hyppodamiam adversum enomaum iniisse bellum et enomaum fraude mirtili perfecti sui superatum quem mirtilum cum premium fraudis postularet a pelope ab eodem in mare deiectus periit. Hec pelopi viro suo peperit. Atti de thieste plistene etc.

De thereo tercio martis filio. Qui genuit ythim

Thereus rex tracie fuit et ut ait theodoncius filius fuit martis ex nimpha bistonide per vim ab eo oppressa quem in parte sequitur ovidius dicens. Quem sibi pandion opibusque virisque potentem et genus a magno ducentem forte gradivo conubio procne iunxit etc. Ex hoc talis historiam cum fabuloso fine narrat. Cum fatigasset thereus bello pandionem athenarum regem et in pace tandem venisset ut firmior esset pugne eius filiam natu maiorem sumpsit in coniugem. Que cum iam illi ithim filium peperisset venissetque in desiderium videndi philomenam sororem suam oravit ut aut iret athenas aut ab atheniis accersiret philomenam. Thereus autem athenas vadens a pandione impetravit ut philomenam ad progne duceret. Quam speciosissimam virginem cum adamasset thereus eam in pastorali domo violenter oppressit et minitanti secum accusaturam progni linguam abscidit et in domo illa clausam servavit. Et veniens sordidatus ad prognem philomenam maris nausea mortuam dixit. Philomena vero carceris affecta tedio in tela que sibi contigisset omnia acu scripsit et per ancillulam sorori misit. Que cum ficta leticia dolorem occultasset suum instantibus orgiis bacchi noctu nam eo tempore a bistonijs mulieribus celebrabant tyrsis et pellibus ornata intravit silvas et philomenam eque ornatam eduxit in regiam et accensa furore cum multa excogitasset in mirum ythim parvulum filium illi applaudentem enecuit. Viras eius que secto iugulo incidit et coctum viro mane de more epulanti apposuit. Quem cum sepius rei inscius illum vocasset eique respondisset intus que pugnes ad est nec intelligeret ille. Antequam a mensa consurgeret philomena ex conclavi exiens illi in hoc servatum filii caput apposuit. Quem repente hic ira motus dum illas insequeret gladio factum est miseratione deorum ut progne in yrundinem verteretur et pullo in signum ipsa tecta servaret. Altera vero in avem sui nominis mutata silvas petijt quas nocte relinquat. Thereus autem upupa factus est et sic omnis regia transformata. Sensus autem fictionum secundum barlaam sumatur talis est. Fuit thereus homo impius et ferox nil nisi per bellum cupiens aut sumens et ob id martem meruit in patrem cuius filius fuit ascorgui bistonidum principis

theodoncius

ovidius

historia

Quinquid ob suu factu9 nil auderet in qm
tem et ipsa ob ruborem ppetrate senciem
q in vegia descendisse sed nigra tecta veste
in silvnori domus pte sim desleret scelus
et sororis infortunium huius mutacois causam
dedit ficti et philomena ea noie q veditu
in silvas Thereu aut ideo in upupa ver
sum dixere q in cristata sit avis et ulu
lare cantu ei9 sit et stercora cibus ut p
cristam insignevegi capitis designet et
p ululatu fili pditi lamentaciones et p
fetidu cibu aspnanda atq fastidiosa me
moria coestimati -

De ythi therei filio

Ythis therei et progines fuit filius
cuius etas et infortuniu satis sup
ceptu est aut in eu in avicula quam
tarduelem vocant mutatu et hoc poetis
ab ritu infatie sue sumptu credo q alinde
picta quod avis est tarduelis in pictura
tas acu vestes ferre videmus infantes no
bilium. De astalapho quarto et Jal
meno quinto filiis martis

Astalaphus et Jalmenus fres filii
fuit martis ex astiochia ut in y
liade placet homero dicenti sic hie p tt
xa r a a o a o c k a y ia d a i t p o c y et a k ho c
o y e t e r e p a h u y o tt o n o a r t o b o c a z h a a
o t a b o c u a c i t t y t r t i v o a t t a k e a k z a t o a
a r t t t c. Idest illis dnabatur alchalaphus
et Jalmenus martis filii Quos genuit
astiochi in domo actoris azidao virgo
venabilis palaciu cu ascendit mars
fortis hic aut cu ipsa iacuit clam.
hos autem dicit homerus ubi sup duos fuis
se a spolidorus et orthomeum ac minionis
civitatibus et cu grecis troiam venisse cu
xxx navibus. Ergo ut reliquis dcm est
pugnaces fuisse hoies arbitror et ideo
martis filios habitos ab antiquis

De parthaone sexto filio martis qui
genuit agriu et mela et testiu z oeneum

Parthaon ut theodonci9 filius fuit
martis ex merope prem qz ei9 alio
noie meleagru appellatu et calidonie re
gem paulus aut dicit hunc martis fuisse
filiu ex sterope filia athlantis lattancius
aut dicit hunc no martis fuisse filiu sed
meleagri martis filii Tandem theodonci9
dicit veru ee parthaonem filiu fuisse me
leagri ex merope ethola virgine sed qm
meleager primus armis sibi occupaint
calidonia atq tenuerit cu ionis archadie
filius fuit mars arudibus incolis et credit9
et appellatus est et inde parthaon martis
filius dicus huius quidem genealogia homerus
ut in yliade introducens diomede loquente
designat ondit qz parthaone tres filios ha
buisse agriu melam z oeneu. sed theodonci9
hijs superaddit qrtu testiu sibi ab homero
minime noiatu

De agrio et mela filiis parthaonis

Agrius et melas ut supdem e teste ho
mero fuit filii parthaonis de quibus
nil pt nudu nome ad nos usq puenit

De testio parthaonis filio qui genuit
thoseum et plexippum et alteam

Testius dicit theodonci9 filius fuit par
thaonis ex calidone nympha paulus
vero dicit ex altea et alteam filia sic dicta
quia du nasceret ipsa labore ptus mortua mr
sit nec de eo pl hoc habet ultimus nisi q
alteam genuerit z thoseum z plexippum

De thosco et plexippo testii filiis z ca rubrica

Thoseus et plexippus thestii fuit filii
ut pdcm est quinquid cu iuuenes ecent
robusti etate valentes et aio una cu reliquis
nobilibus Juvenibus grecie in venacioe apri
calidonii cuncta ut vesti omnibus vastantis
vene ibique cu post longu labore belua int
emissent dicentes q meleager oenei regis
filius eorum nepos z venacois pnceps caput
apri athlanti virgini qz prima vulnasset
illu dedisset ut tamq prima ferens vitu
venancium percipue venacoie decoret honoe
illud illi indignates q tanti laboris int
tot nobiles iuvenes femina pmo insigniret
honore eripue Qua ob causam turbatus melea
ger in illos iruens subtracto capite eos in
teremit renitentes z virgini sublatu hono
rem restituit

De altea filia testii z matre meleagri

Althea testii fuit filia et de mris noie
Ypentis dn ea peret nuncupata e ut
satis pdcm e. hec oeneo regi calidonie
nupsit eni cu int filios meleagru pepisset
eo nato vidit audivit qz fata circa ignez
dicencia tam duratu victuru q din stipes
unus qui tunc ardebat igne pmanet nec
sumptus ab igne Quo dicto discedentibus
fatis altea electo surgens confestim sb
traxit ab igne atqz servavit. Porro cu
sacrificans ob honorem meleagro ex ve
natione gsecutu et interim audisset ab

eodem fratres occisos furore percita in vindictam se dedit stipitem et accepto fatali stipite quem tanto illo tempore servaverat ignibus comburendum exhibuit quo consumpto filius meleager occubuit. Quod cum audisset infelix femina penitens in gladium irruit et vitam miserrime finivit. Stipitem hunc ergo radicale humidum arbitror lege nature factum ut eo durante vita nascentium perseveret qui a nutrice .i. a rerum natura igni .i. siccitati impositus ut pereat natus necesse est.

De oeneo parthaonis filio qui genuit deyaniram gorgem et meleagrum et tideum et menalippum

Oeneus calidonie rex ut supradictum est parthaonis filius fuit longe magis apud nos filiorum opere quam suo cognitus. Hunc comperio habuisse alteam et plures illi fuere nati sed utrum ex altea omnes non satis michi notum est cum de alio quam de meleagro legisse non recolam.

De deyanira oenei filia et herculis coniuge

ovidius Deyanira oenei regis fuit filia ut in morte meleagri testatur ovidius dicens: Una post quam oenei tandem latonia clade exhausta domus preter gorgemque nurumque nobilis alcmene. Et hec virgo prestantissime forme fuit adeo ut multi illam in coniugem exoptarent atque peterent tandem cum acheloo flumini promissa fuisset et postremo herculi poscenti desponsata certamen ob ipsius nuptias ortum est. Et superato acheloo herculi cessit. Hec preterea a nesso centauro summe adamata et in transitu fluminis rapta ut claruit. Unde nessus quam cum sagitta ab insequente hercule letaliter vulneratum se sentiret in amoris pignus vestem deyanire veneno sanguine respersam dilecte dedit asserens vestimento vim esse revocandi herculem a quibuscunque amoribus. Quam cum credula clam servasset capto amore yoles herculi transmisit induendam ut illum ad se revocaret. Attamen cum illam hercules induisset in sudorem seu calorem resolutis poris quam hausissent apertis vibrante veneno in rabiem versus sese dimisit in ignem et mortuus est et sic deyanire sponsus nomine interiit. Theodontius dicit bellum huiusmodi cum acheloo huiusmodi fuisse quod cum desideraret hercules deyaniram et achelous fluvius calidoniam duobus alveis fere omnem aliquando irrigaret et sata omnia secum traheret ab oeneo herculi petenti sub hac conditione concessa sed acheloum in unum cogeret alveum et illum sepiret aggeribus quod cum non absque maximo labore fecisset hercules acheloo superato deyaniram obtinuit ~

De gorge oenei filia

Gorgem oenei fuisse filiam testis ovidius supra monstratum est. Theodontius vero dicit gorgem non feminam sed hominem fuisse et in bello thebano occubuisse.

De meleagro oenei filio qui genuit parthenopeum

Meleager filius fuit oenei regis calidonie et altee. In nativitate cuius testis ovidius parcas tres ab altea iam labore partus soluta visas circa ignem flammantem et cum flammis ignibus stipitem posuisse dixere: Omne nate erit equa tibi cum stipite vita. Quod cum audisset altea eis discedentibus surgens stipitem igni subtraxit illumque ne combureretur cum diligentia servavit. Fuit hic meleager iuvenis insignis et eius suo fama clarissimus et eodem ovidio referente contigit quod oeneus pater ex susceptis frugibus cunctis superis sacro instituto honores impenderet. Dyana tamen seu indignacione seu oblivione omissa. Quam ob rem adversus eum turbata aprum immane agris calidonie immisit cuncta vastantem. Ad quem conficiendum cum vocatu meleagri venissent omnes adiacentium civitatum insignes iuvenes contigit ut et athalas virgo oenei filia seu secundum alios iasi regis forma et etate conspicua et venacionum cupida etiam advocata veniret. Quam cum ex templo meleager adamasset factum est ut inita venatione cum omnes in aprum irruerent hec ante alios omnes illum iaculo vulneraret. Cum postquam captus et occisus est meleager venatoribus princeps seu amore ductus seu quod sic expetebat virtus athlante quod illum prima vulneraverat apri caput transmisit (lactantius addit et pellem) quam pro primus apud venatores habebat honorem. Quod egre ferentes plexippus et theseus seu ut dicit lactantius agenor fratres altee eidem athlanti caput oblatum abstulerunt seu auferre conati sunt. Quam ob rem iratus meleager in eos irruit et illos occidit. Ceterum cum calidones ob mortem apri festum ingens celebrarent et dona portarent templis et inter eos altea tam ob mortem hostis quam ob gloriam filii letabunda incederet audita fratrum cede repente turbata est et in vindictam potius quam in lacrimas irruens fatali supradicto stipite eum in flammas iniecit. Quo consumpto et meleager consumptus occubuit. Homerus in yliade eam in oratione in qua phenix conatur persuadere achilli ut arma capiat adversus troianos longum de meleagro

lactancius

homerus

oenei filio simone facit et dicit q cu ob
homicidiu auonculoz suoz plimu ab al
tea inde expectaret indignatus cu venirent
hostes usq in vallu calidonie ciuitatis no
let arma sumere Sz cu cleopatra marsippe
ydei Eunei filia qua etia altione vocat
eo q altione ama sua psepe plorauet delec
tabat inclusus thalamo que post morte
fieri no poterat Attamen ex hijs qui eu ob
cedem auunculoz mortuu putant sunt q
credant eu nō stipite consupto sz mens co
spiratore occisu vulaam ab ea fuste du
dormiret occisu dicit. paulus vero ex cau eu
post ygliam interempti apri mortuu putat
Et inde fabule locu admnetu fatati sti
pitis que dicit radicale humidu arbitraz
quo deficiente deficit vita quacuq tn
morte vel quenq assuptus sit ab omnibz
arbitri videt eu athlantis amicitia usu
ex ea parthenopeum filiu suscepisse fuit
eni meleager venatio hec famosa ut tes
tatur eusebius in libro tpm Atreo thies
te regnantibus incenis Anno mundi iiijm i

De parthenope meleagri filio

Parthenopeus filius fuit meleagri
athlantis qua dicit theodōt filiam
fuisse Jasij regis archadie et cu eet atris
qpoiti virgo quimqz renueret dianam
in venacoibz secuta est Tande pbitate
victa meleagri eius usa cotubernio illi
parthenopen pepit Quem eo qd dm cela
uit sic appellatus est a mre putata virgi
tate nam grece parthenias virgo seu vir
gitas sonat De pulcritudie huius mris eius
tuve cogita elegant scribit statius ibi pul
crior haud illi triste discrimen iturus Et in
fra p. vm. versus hinc aut cu plus eet ai
q uirium adolescentulus nondum pubes primo
belli successus amore audiens argiuos du
ces in thebas ituros ignara mre quotatis
populis cu adrasto rege relicquisz in ob
sidione thebaz venit et ibidem in pugna
vulneratus occubuit Ceteru de isto rege
alr sentit sinus dicit enim eu menalippe
et martis fuisse melanonis fuisse filiu et
archadie regem pueruz ad modu theba
na bella secutu ut dictum est

De tydeo Oenei filio qui genuit dyomedem

Tydeu oenei regis fuisse filiu statius
clare cofirmat dicens Saginis hebet
hutu magnum de stirpe creatum Oeneos
marti nō degenerare pceno attipies et ho

etia ceteri vident asserere sz de mre quadam
dissentiunt Na lattanci eu filiu fuisse
dicit altee Simus aut euriboee de hoc in
sup clara recitat histo dicit ante alia
lattancius eu e calidonia discessisse qr
menalippu frem suu in venatione minus
aduertent occidat et hinc sequit statius
q multa ia nocte ymbribz atq procellis
fatigatus margos ciuitate venerit ubi
cu nemine nosceret refugiu quereret
quo pnoctare posset ad regia porticu venit
in qua paulo an polinices thebanus parti
one cu ethiocle fre fca de anno imperio
successiue etia madens deuenerat et equm
suu locauerat et cu nō satis capax duoz
locus videtur ob mansione nō cedente po
linice in iurgiu deuene et inde in certame
Quod cu audisset adrastus descendens eos
pacificatos deduxit in regia et cu vidisset
polinice leonis pelle tectu et tideu apri
confestim abiugim oraculi sensu quod con
suluerat de nuptijs filiaz intellexit atte
pat aut se illas daturu alteram leoni alte
ram vero apro Et ideo cu iam eos cognouisset
qui sibi missos generos tydeo deyphilem
iupit polinici aut argiam ipi quidem paulo
ante hostes nō solu affinitate sz amicicia in
tegra euestigio iuncti sunt adeo ut veniete
tpe quo sm pactione polinices regnu a
fre debebat assumere neminem ne legatu
pret se ad repetendu p polinice regnum
passus est Qui cu denegatu fuisset pret
ius et fas redeunti ut ait homerus et post
eu fere ad litteram statius insidie iussu
ethiocles apposite sunt Et cu nocte in in
cantu quinquaginta milites irruissent
nulla exptere territus expedito gladio in
eos cōuersus est Et post longa atq cruen
ta pugna multis sauciis vulneribz uno
excepto oms occidit Tande cu adrasto et
polinice vno iam ex deyphile suscepto filio
dyomede ad obsidione venit thebaz quo
tatis amicis Ibi aut cu tamqm rem sua
ageret acrit sepe pugnas die una a quoda
menalippo sagitta in morte vulneratus e
Quod cu impatient ferret seqz acerbitate
vulneris in morte trahi cerneret fere in
rabiam usq socijs eius qui eu vulneravit
postulauit caput Quod postqm illud multo
sanguine fuso obtinuerunt eiqz detulerunt
Capenon alit qm eamus iam deficiens cernui
dentes infixit et illam dum bestiali vitu

devoraret occubuit. Sunt preterea ut lactancius
refert, qui ex marte genitum dicunt supra
dicta facie oenei, nil aliud sentientes quam marte
in natiuitate tydei adeo potentissimum significa
torem fuisse, ei sine in gestibus similis apparet.

De dyomede tydei filio

Dyomedes ut satis vulgatum est filius fuit
tydei ex deiphile hic etholorum dux cum
ceteris grecis ad obsidionem troianam accessit
apud quam adeo strenue se gessit ut post a
chillem et aiacem grecorum omnium fortior haberetur
et audacior. Nam preter occisos reges a se et sin
gulares pugnas adversus hectorem et eneam
aliosque insignes troianorum principes et captos
rhesi equos atque palladium troianis subtrac
tum, eo in bello marte vulneravit ut testatur
homerus in yliade sic et venerem eneam prote
gentem ut homerus primo deinde dicit virgilius.
Tandem cum obtenta victoria in patriam reme
aret, dicit leoncius quod ab egiale coniuge que
suasione nauplii patris palamedis sollicitata ad
hesit homini minime receptus est. Servius quidem
dicit quod cum ipse cognovisset egialem cum
cillabaro stellem concubuisse verecundia ductus
domum noluisse redire. Dicit insuper leoncius
hoc illi in precatum a dyone fuisse cuius filiam vul
neravit. Ipse tamen indicto sibi exilio ad partes a
pulie sese contulit et occupato gargano monte
ut voluit aliqui eius in radicibus sypontum condi
dit civitatem. Alii arpos dicunt et ibi cum
multa passus fuisset ut dicit virgilius soci
os in aves mutatos perdidit et eo quod ossa an
chisis oraculo secum tulit dicit servius eum ista
passum et ob hanc causam illa restituit. Ari
stotiles autem ubi scribit de mirabilibus audi
tu dicit dyomedem ab enea per dolum occisum
et loca quibus imperaverat occupata. Et tamen
mortuus ut asserit augustinus ab incolis
deificatus est eique templum constructum in in
sula cui diomedia ab eo nomen est. Et
post eius mortem socios ob dolorem necis
eius in volucres versos eosque templum incole
atque circumvolare. Quod etiam affirmat servius
dicens has aves a latinis vocari dyomedi
as a grecis vero erodios dicens insuper eas
grecis ad ytaliam venientibus applaudere atque
letas occurrere, cum latinos fugiat vehementer
eo quod sine oriundis nemorensibus sit et quod a latinis
dux eorum sit occisus. Theodontius vero dicit
eas grecis applaudere et ceteris nationibus esse
infestas et singulis annis aqua rostris por
tantes templum dyomedis perfundere. Sed
quid sub fictionibus lateat videndum est. Dyo
medem martem vulnerasse ideo dictum puto quia
forsan cum hectore pugnans qui ob insignem
militarem eius virtutem merito mars dici
poterat illum vulneravit sic et venerem quia enea
veneris filium vulnerasset. Socios autem in aves
mutatos dicit theodontius ideo fictum quod pirate
effecti sunt adeo veloci cursu remorum suffra
gio discurrentes maria ut volare viderentur
eosque grecis fuisse reliquis nationibus
fuisse infestos.

De menalippo oenei filio

Menalippus ut lactancio placet oenei
regis fuit filius hic in filius dyane
venatum tideo fratre venaret ab eodem inadver
tenter occisus est.

De tereo septimo martis filio

Tereus ut ait theodontius martis fuit
filius ex bebe inventutis dea susceptus
in tamen omnino incognitus.

De flegia nono martis filio qui genuit coronidem et ysionem

Flegias ut dicit lactancius filius fuit
martis homo nequam elatus et in su
pos fastidiosus. Hic autem ut ait servius filios
habuit ysionem et coronidem nympham. Quam
cum sensisset ab apolline viciatam confesti
ira percitus templum eius delphis incendit.
Quam ob rem iratus apollo eum sagittis
interemit, eiusque animam apud inferos relegavit
sub pena ut sub ingenti sede
at saxo ruinam minitante et semper illud
casurum suspiciet et timeat de quo sic
ait virgilius. Flegiasque miserrimus omnes Virgilius
admonet et magna testatur voce per
umbras discite iusticiam moniti et non
temnere divos. Hunc flegiam combusisse tem Eusebius
plum apollinis ut dicit eusebius in libro
temporum contigit danai regis argivorum
anno xxviii. anno vero mundi iii. dcc
li. Nunc quid veteres de impensa flegie
pena senserint videamus. Flegias autem dictus
est a flegon quod est flamma et ideo martis recte
dicitur filius quod calidus sit et siccus
et cui ardores et incendia competunt.
Quod autem apud inferos damnatus sit ea
quidem ratione est ut putat lucretius quod arbitrati
sunt veteres anima ad corpora veniat a pro
superis esse animas et venientes in corpora qui
inferi sunt respectu ad supercelestia cor
pora eas descendere ad inferos et ibidem
varias habere penas secundum varias affecti
ones in existentia et sic flegias cum hac

vita, ut Moyses, timens ad hanc penam
dampnatus est. Quid tale intelligit
Macrobius, ubi de Sompno Scipionis sic
dicens: Atram silicem lapsuram et ca-
denti similem illorum capitibus imminere, qui ar-
duas potestates et infaustas ambiunt ty-
rannides, nunquam sine timore victuri, et co-
gentes subiectum vulgus odisse dum metu-
unt, semper sibi videntur exitum excipere quem
merentur. **De Coronide nympha filia
Flegie et matre Esculapii.**

Coronis nympha, ut ait Servius, filia
fuit Flegie. Que cum forma prestans
esset, placuit Apollini, et ab eo viciata
est, atque ex eius concubitu filium concepit,
qui postmodum Esculapius appellatus est.
**De Yxione filio Flegie, qui genuit
Centauros, quorum hec sunt nomina, necessario:
Astilus, Ophionides, Grineus, Rethus,
Orneus, Licidas, Medon, Pisenor,
Taumas, Mermeros, Pholus, Mene-
las, Abas, Eurinomus, Ymeos, Ym-
bris, Ceneus, Aphidas, Elops, Pa-
treus, Licus, Cromis, Dictis, Pha-
remus, Bianor, Nedimnus, Liceteus, Py-
rason, Thereus, Ripheus, Demoleon,
Plageon, Ylon, Ephinous, Damus,
Tonias, Cillarus, Ylonome, Flema-
pheo, Thomus, Thelebas, Piretus, Ethodus,
Ephydnus, Nessus, Odices, Styphelus, Bro-
mus, Atimacus, Elymus, Piramus, Latreus,
Monicus et alios, et hos preter generavit Penthou.**

Yxion Flegie filius, prohibet Actius
fuit, atque, ut voluit, Iovis miseria-
cione in celum assumptus et eius secretariis
atque Iunonis effectus; ubi elatus officio
ausus est Iunonem de stupro interpellare.
Quod Iovi agnito eius iussu nubem in
suam similitudinem exornavit, Yxioni quod loco
sui apposuit, quam cum ea iacens ex illa
Centauros genuit. Et cum a Iove de celo fuis-
set deiectus in terras, ausus est apud mor-
tales iactare se Iunonis potitum concubitu.
Quamobrem ictus fulmine apud inferos
rote volubili et plene serpentum alligatus
est, revolucioni dampnatus est. Unde dicit
Ovidius: Volvitur Yxion et se sequitur fugitque,
etc. Huius autem figmenti racio potest esse
talis: Yxion Thessalus fuit et Laphitarum
dux, regnum post modum ambiens adeo ut per
tirannidem occupare conatus sit. Iuno-
nem, id est aerem, id est terram, dominium et regnum

regnorum atque dimicacionem, que inquantum terra
et regnum in terris et aliquid stabilitatis vi-
detur pretendere. Et inquantum aer, qui lucidus
est splendoris aliquid videt ad de regni, qui
tamen fugitivus est et in tenebras vertitur
facile. Nubes autem solis opere ex vaporibus
aqueis seu humectis terre surgentibus et in
aere condensatis conficitur, natura sua ca-
liginosa, visu sensibilis, manu autem incom-
prehensibilis et nullis firmata radicibus, a
ventis huc illuc leviter impellitur et demum
aut in aerem a calore resolvitur aut in
pluviam frigore vertitur. Quid ergo ex dictis per
nube nos regnum intelligemus. Sed quia in
Iunonis effigiem apposuit, id dicemus quia in-
iuris violencia possidet cum regum similitudo
nondum nulla est, inquantum uti rex sine subditis
dominatur sic et ille qui violenter possidet dum vi-
res suppetunt sine imperare videtur. Sed uti
inter limpidum aere et condensatam nubem
grandis est differencia, sic inter regem atque
tyrannum. Aer fulgidus est, sic et caliginosa
tyrannides. Regis amabile nomen, tyra-
ni tetrum et odibile. Rex thronum ostendit
suum regiis insignitus notis, tyrannus o-
ccupat dominium armis horridis circum septus.
Rex pro quiete et leticia subditorum, tyrannus
per sanguinem et miseria subiacencium. Rex
pacem augmentumque fidelium totis excogitat
viribus, tyrannus rem suam curat per exterm-
inium aliorum. Rex in suum amicorum quiescit,
tyrannus amicicie subiectus semotis in sa-
tellitum scelestorumque hominum custodiam suam ponit.
Quamobrem cum in se, ut patet, dissimillima
ista sit, rex splendidus aer merito fingi
potest, et ei est aliquid stabilitatis annexum,
si quid dici potest stabile in caducis. Ubi tyra-
nus respectivus turbulenta nubes est,
nulle stabilitati annexa, et quam facile resol-
vatur seu a furore subiacentium seu ob desi-
diam amicorum, huius premissis arbitror quod
sibi velit ficcio absque difficultate videbimus.
Assumitur ergo tunc in celum Yxion cum
celsa animo contemplatur, ut puta regum
purpuras, splendores egregios, omnium
gloriam, potenciam inexhaustam, et quod stultorum
iudicio regum infinita sunt commoda. Nec ini-
to Iovis atque Iunonis videmur secretarii
fieri, dum quod ad eos attinet, quasi ex specula
deitatis presumptuoso speculamur animo. Et
tunc in Iunonis desiderium trahimur, dum
hos regios fastus aliud quam sit stolido

De Rege et tyranno

Diu' inter regem et tyrannum

iudicio arbitrantur, sermo autem ymone intercepellat de stupro Yxion, qui nulla premia voce nullo iusto suadente titulo in id preparatus suo conatus exponit, ut regno violentus presit. Sed quid sit si forsan aliquid providere quevit illi nubes ymonis effigiem huius apponit ex quorum concubitu occupatis, scilicet occupati imperii illico nascuntur centauri. Fuere quidem centauri homines armigeri elati et immoderati ac in omne nephas prompti, satellites dicimus et stipendiarios, ministros scelerum, ad quorum vires fide eorum confestim vertit tirannus, qui ideo ex nube nasci dicuntur, quia ex substantie vebrutilis regni, id est subditorum eorum, emungunt stipendia, ex quibus in eorum exterminium imperii nutriunt. Demum Yxion a Iove in terras e celo pellitur, id est a nato regno pretereque quod in cupidinis mittitur, dimum omisse cogitacionibus splendorum quibus spe blanda et fallaci existimacione oblectabat, in aurias erat, que trahit curas dum stultus noscere incipit quibus laboribus quantisque cotinuis et amaris presumit ut sit imperium. Hic insuper quod se cum ymone concubuisse iactasset, id est se regem divitie ausus est fulminatur a Iove eo stulti fulmine quo convincitur insipidi, qui dum se sopmantes alias in celum evehi arbitrantur sopno excussi repente se conspiciunt precipitatos in terris. Nam dum timido spiritu elati quantumcumque violencia populorum imperium teneant, in se redeuntes stolide ambicionis sopnum ab oculis pellunt, adveniunt quos auctores intuerunt, quas ablingere quos timores quasque inconstitus an perplexiones qua audienti non aliter quam ab ignito fulmine cruciant, quam cruciatus si pacto aliquo eo tenente tirandem finire non apud inferos supplicio rote volubilis dampnaret. Sed quoniam in pectore talis absque quiete aliqua turbulari motu assidue circumvolvunt et veteres inonantes conne superaddunt, dum hinc hinc insidias inde vivere illius illinc dei iudicium expanescit. Rote insupere volubili dicitur, que ideo plena serpentibus fingitur quia curis non solum assiduis sed etiam mordacibus agitatur. Seu aliter et brevius nube regem dicemus fore spe sumpta, qua nonnulli sibi male suis viribus mensuratis certissima faciunt que adsiliis ymonem fingitur quia speranti iam speratum possidere videtur, nec aliter secum quam si possideret de re sperata disponit, et hinc fit ut ex hac tam certa spe ut effectum consequatur sperans

sibi vires preparat et sit attente spe, id est nube centauri oriuntur, id est preparantur et cum ad consequendum ope quod iam spe tenet insipidus intuetur labores adeo ut omittat cogitaciones splendidas et turbulentas deveniat necesse est. Et sic a Iove, id est altitudine et splendore cogitacionum cadit seu deicit in terras et fulminatus vexet in rota ut dictum est. De hac autem rota aliter sensisse videtur Macrobius illos scilicet radiis rotarum pendere distictos qui nichil consilio prudentes, nichil racione moderantes, nichil virtutibus explicantes, seque et omnes actus suos fortune committentes casibus fortuitis semper rotantur. Alii vero ubi Yxion Iovis et ymonis secretarius dicebatur sensisent Yxionem augurem fuisse eo quod in aere caperent auguria per que secreta, id est ea que futura sunt soli celestibus cognosci credebant. Quod autem ex nubibus genuerit centauros voluit nil aliud intelligi quam quod ex pravo satellicii fide anceps, que sic facile dissolvitur alio superveniente, numine ut nubes fit. Dicit preterea Fulgentius Dromocride in Teogonia scribere Yxionem in Grecia primum regni gloriam affectasse et sibi centum equites primum omnium quesivisse, ex quo centauri, id est centum armati. Sed ego miror Yxionem primum apud Grecos regnum optasse cum constet ante tempora Yxionis multos fuisse Sicionis et Argivis reges, qui et Greci sunt. Fuit insuper Yxion Danao imperante Argivis posset tamen hic videri alios reges qui eum precesserant sponte populorum quibus imperabant extitisse, Yxion autem primus fuit qui per vim et tirannidem regnum occupare conatus est.

De Centauris Yxionis filiis

Centauri Yxionis et nubis filii fuere ut premonstratum est. Hos volunt quidam apud Thesaliam equos an alios domuisse et insignes evasisse equites. Et cum centum convenerint, dicti centauri, quasi centum armati vel centum martes. Nam grece arios mars est seu potius centum aure nam sicut ventus velociter evolat sic et hii centum velociter currere videbantur. Verum tamen hec latina ethimologia est, quam greci dicciones minime paciuntur. Ex eis tale vester sermo fabulam. Quod cum quidam Thessalus rex bobus oestro exagitatis satellites suos ad eos revocandos ire iussisset, et illi cum cursu pedestri non sufficerent

ascenderunt equos et eorum velocitate boves
consecuti eos similes ad terram revocarunt
Sic hii insuper aut cum veret velocitate aut cum
eorum equi ex flumen peneon potarent capi
tibus inclinatis locum fabule stulta credula
tas adinvenit quod arbitratum est unum esse ex
equo et homine compositum et sic postea semper
putatum est hii tandem elati homines in nuptiis pe
rithoi cibo plem vino quam madentes sponsam
perithoo auferre vi conati sunt sed resistente
theseo superati Virgilius — Virgilius at illos dicit fuisse
lapitas Hos autem superari atque deleri marte
passus est eo quod illi sacrum non exhibuisset
cum diis ceteris adolescentes qui ex hoc velimus
quod omissa martis severitate epulis et po
tacionibus vacantes effeminati sunt et sic
superati si quid preter hoc ex eis hic fictione
videt satis est ubi de ysione declaratum est

De eurito ysionis filio

Lactancius — Euritus ex centauris unus ut vestit
Lactancius in domum oenei regis cali
donie veniens deyaniram quam paulo ante
herculis petierat et fide prestaverat sibi illam
in uxorem ducturum postulavit in coniuge
Oeneus vim timens spopondit et constitu
to die dum nuptias euritus celebraret sup
venit hercules et euritum cum centauris ibi
dem existentibus certamine eos occidit et
deyaniram sibi in coniugio copulavit Ovidius
vero non sic quin ymo dicit quod cum perithous
duxisset hippodamiam coniugem et posuisset
in antro mensas centauris et ipsi epulantes
vino plurimo caluissent in lascivia vene
et audaciam nimiam et rapiente euritio yp
podamiam atque trahente eam insurrexit peri
thous atque theseus et turbati tam adversus
eum et socios innuere pugnam et cum abstulis
set theseus ypodamiam euricio eum conatem
manibus crathere supposito interfecit · De astilo

centauro nate ysionis et nubis filio

Astilus ex centauris fuit unus et
quam augurio valebat futura prenos
cens fratres monuerat ne bellum adversus
lapitas assumerent Tande cum se una cum
eis in nuptiis reperiret videretque driantem
acriter insistente cedentesque in fere quos
contingere poterat et ex suis plures etiam
fugientes timens illius virtutem et ipse fugam
cepit nessoque centauro fugienti dicit ut
dicit ovidius astilus ille etiam metuenti vul
nera nesso Ne fuge ad herculeos inquit
servaberis arcus etc.

De nesso ysionis filio et nubis filio

Nessus ex centauris famosissimus fuit
hic cum versutus homo plurimum esset et fugam
martis evasisset lapitarum in calidoniam abiit
et secus ebenum eiusdem regionis fluvium moram
trahens deyaniram filiam oenei regis amavit
Citum vero temporis contigit quod eunte hercule a ca
lidonia versus patriam una cum deyanira coniu
ge ab ebeno flumine pluviis turgido detentus
est Cum nessus qui obsequium prestaturus ob
tulit sese si natante vellet transvadere flumen
deyaniram in ripam alteram delaturum Quod her
culus annuit verum cum transvadasset velociter
nessus hercule adhuc natante ratus suo
ardori concessum tempus aura ocior cum deya
nira fugam arripuit hercules autem sumpto
arcu sagitta eum consecutus est Qui cum diu se
sanctum cerneret et peritum agnosceret nem
ultus occuberet nova commentus flandem
confestim vestimentum sanguine suo pollutum composuit
et quasi munus amoris deyanire dono dedit
hac illi asserens esse virtutem ut si illo tunc
induerit possit ab omni amore forensi in suum
revocare herculem dummodo id ageret ut illo in
dueret hercules Quod credula deyanira ser
vavit Et post tempus dum herculem amore yolis
captum in suum revocare vellet yllum ut lacus
insequtibus exprimetur occidit Nessus autem
vestimento dato expiravit ut vaticinium im
pleret astili Statius hunc ebenum flu
vium ob mortem nessi centaureum cognominat
Et lucanus de eo dicit et meleagrea ma — Lucanus
culatus sanguine nessi evenos calidona e
cat etc. De reliquis centauris ysionis aliis

Ophionides Ermeus Rethus orneus
Licidas medon pisenor Taumas
Mermeros pholus menclas abas Evrino
mus Dreos ymbreus ceneus aphidas elos
patrius licus Cromis dictis pharetus hya
nor nedymnus lycetus ypason Thereus riphe
demoleon platheon ylon ephinous damus
dorilas cyllarus yllonome femina pheo tho
mus Theleboas piretus ethodus Ephidupus
Nessus dites Stiphelus bromus Antimacus
Elymus piramus latreus et monicus omnes
fuere centauri ysionis et nubis filii et in
nuptiis pithoi aut cesi aut fugati a la
pithis ut late in suo maiori volumine testatur
ovidius De perithoo ysionis filio

qui genuit polipitem

Perithous non ex nube apposita sed ex con
iuge fuit ysionis filius ut dicit ovidius

duxerat yppodamon audaci yxione natus e ut hic ut fert amicicia integra theseo athe niensi iunctus fuit. Et cum yppocacia yppodam ma secundum lactancium secundum alios autem ypodamia duxisset uxorem, ut ait fama circumvicinos populos convocavit ad festum ex quo seculi e cum in nuptialibus sacris ceteri honorarentur deus solus mars omissus est. Qua ob rem indignatus centauris indignatibus immisit furore. Qui insurgentes adversus lapithas in pugna ut superatum est plures ex centau ris cesi occubuere. Lactancius vero dicit hoc in certamine lapithas fuisse delectos. Quid in illis egerit e de hiis lapithis quam centauris erat pithou insuper noluit yppodamia mortua seu ea vivente et forte repudiata cum these o amico suo convenisse qui tunc forte celebs erat se insuper ex Iovis genitis suspiciens uxo res et cum iam theseus helenam rapuisset que Iovis et lede filia habebatur nec alteram no scret in terris ea tempestate a Iove genitam pro serpinam plutonis coniuge cum in celum nequ irent ascendere ad inferos ea rapturi declina verunt. Verum cerberus adversus pithou insur gens illum primo impetu interfecit. Que dum superare conaretur theseus in magno discri mine fuit et ultimo a plutone deten tus est. Tandem redeunte hercule ab hispa nia gerione superato et preda ingenti dum te audito pithoi infortunio et captivitate thesei a trenaro specu descendit ad inferos ut tragedus testatur Seneca in tragedia her culis furentis cum omnibus cerberus. Sensus ubi in eadem tragedia plenius dicit ab hercule victus atque triplici ligatus catena theseo concessus e aliqui voluit cerbero ab hercu le barbam decerptam que liberato theseo per trenaron ad superos triplici traxit cathe na eciam veniente. Pomponius autem cos mographia scribit circa eronium sinus in troitu haud longe ab eraclea urbe athe rusia specu ee ad manes usque ut fama fert primum et ex eo ad superos ante incole cerberum tractum sunt. Preterea nonnulli que ad augenda fabule fidem cum venenosis herbis locus habet dicunt eas primo ex spu ma tracti cerberi natas esse in presiu a conquinata evelli potuisse. Quod hoc in his toria fictum e eque ad historiam pertinet. Na cum clam latronum more non tegu strenui iuvenes rapturi proserpinam ivissent perithous a theseus nocte a cerbero cane perithous ut legitur occisus est et ab incur santibus detectus theseus per cuius liberatione hercules ad inferos descendens .i. in regnum molossorum primo clava occurrente e omnia audentem cane domuit atque ligavit et theseum sub intimatione belli plutoni repe tiit. Qui illi concessus e. Et sic cum cane in atticam seu boeciam rediit per barbam cer bero evulsam audacia atque robur debemus intelligere quibus canis privatus est. Nam expertus herculis clava e insolabili consta tia timidus atque inermis effectus se victum confessus est. Est hominibus in barba anea co cessa in testimonium virilitatis ut in moralibus placet gregorio hac enim quotiens tangimus aut videmus nos esse viros meminisse debe mus e nobis ab hiis que minime viros deceat cave monemur de reliquis alibi dictum est

De polite perithoi filio

Polipites perithoi fuit filius e hippo damie ut homerus in yliade dum dicit ΤΙΟ ΡΑΥΘ ΗΓΕ ΝΟΡΟΗΕ ΝΕΡΕ ΠΤΟΛ ΝΟϹΤΟ ΥΙΟϹ ΠΕΥ ΙΟΘΙΟ ΤΟΝ ΑΘΑΝΑΤΟϹ ΤΕΚΕΤΟ ΖΕΥϹ ... ΚΛΥΤΟϹ ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ etc. Idest illos at ducebat fortis bello polipites fi lius pithoi quem immortalis genuit Iupiter hunc polipitem pitheo genuit gloriosa yppodamia. Hic ut per eumdem homerum patet in catalago grecorum cum eis in troiana expeditione iuit

De brittona martis nona filia

Brittona seu britton nympha fuit cretensis et ut lactancius asserit mar tis filia. Que cum virgo adhesisset dyane e perpetue sed virginitatis voto venatoribus vacaret eo quod formosa esset minoi re gi cretensium placuit. Qui cum ei rem iterum violencia vellet inferre nec aliunde sub sidium appareret effugiens se in mare dedit precipite et sic ab undis absorpta est co tigit postea ut piscatorum retibus traheretur eius cadaver in litus porro seu dyane seu martis turbacione factum sit pestis in gentes insule immissa est qua videbatur cessare non possent incole nisi dyane in stituissent templum e ea dictinnam appella verunt eo quod piscatorum retia quibus in terra deductum est brittone cadaver dictia nominentur.

De Euanne decima martis filia et capanei coniuge

Euannes ut theodoncio placet mar tis fuit filia ex thebe asopi fluminis

Lattancius

Seneca

gregorius

homerus

coniuge suscepta Euagnem. Evadnes coniux fuit Capanei insolentissimi hominis et ex eo filium peperit, quem Stelenum vocavere. Credo ego hanc ferocissimam fuisse feminam, et ideo Martis dictam filiam. Que, ut ferunt, adeo Capaneum virum suum dilexisse, ut, dum filii Maiatus apud Thebas eius funeralia exercerent, ponderemque Capanei cadaver feminis suum in rogum ferre non potens, tanta iniecte ad dolorem sese iecisse flamme illud urentibus, et sic una cum viro exustam et inmixtis cineribus in urna depositam.

De Hermiona XI^a Martis filia et Cadmi coniuge

Hermionam poete dicunt Martis et Veneris fuisse filiam, eamque Electra sponte a Cadmo Thebarum rege in coniugem ductam. Huic Vulcanum aiunt monile fecisse pulcritudine insigne, sed infaustum omni portanti, et hoc ob odium in eam susceptum, quod ex adulterio genitoris nata sit. Ex hac insuper Cadmus multas suscepit filias, et postremo ut aiunt in serpentes versi in morte usque mansere. Eius fictionis absconditum hoc esse puto: primo Veneris filia fuit Hermiona, quantum ad Cadmum, quia pulcritudine seu facetia sua potens fuit in Cadmum veneream inmittere flammam, id est libidinosa flagrantia, quod Veneris est. Et hoc ingenium ob ipsius desiderium sponte prestita coniugem additamque. Martis autem fuisse filia dicitur, quia eidem Cadmo causa fuit belli. Nam ut dicit Eusebius, Palefatum inducens in testem, Spartos propter zelum Hermione a Cadmo, cuius erat uxor, discessisse et gestum in eo bella commovisse, et sic Martis filia, id est belli causa. Cadmus assumpsit uxorem. Monile autem infaustum a Vulcano conditum accipi puto pro quodam infausto huiuscemodi matrimonii exitu, eo quod ab Amphione et Zetho regno privati et in exilium pulsi sunt. Quod autem in serpentem versa sit, puto intelligi, seu quia consilia et astutia insimul utentes, ut serpentes, incedunt, seu cum viro coierunt ubi dum regnarent lactabat excelsis, seu quia per diversa post exilium iverint, hac inde illac errantes ut serpentes. Seu quia assueti senio pectus in terram versum, ut serpentes faciunt, quia pectore gradiuntur, incessere.

Eusebius

De Yperinno duodecimo Martis filio

Yperinnum Martis fuisse filium asserit in libro Naturalis historie Plinius, de quo nil reperisse aliud memini, nisi quod idem Plinius dicit eum scilicet primum fuisse qui occidit alium. Et ob id puto eum opinione seniorum visum sit Martis filium dictum.

Plinius

De Etholo XIII° Martis filio

Etholus Martis fuit filius, ut Plinius in libro Naturalis historie testatur, eumque fuisse repertorem iaculi dicit. Credo ego hunc Etholum regem fuisse Etholie, et ab eo forsan denominatam fore regionem illam, in qua cum bellicosi plurimum populi sint, et ipse Etholus inventum eius ostendit eum bellicosum esse hominem, ab ipsis Etholis Martis filius dictus est.

De Remo XIIII° et Romulo quintodecimo Martis filio

Remus et Romulus, seu Romus, ut veteres asserunt, Romam Martis fuere filii et Ylia vestali virgine suscepti. Ex quibus ubi de Fastis refert Ovidius, quod cum Ylia urna sumpta iret aquam latura, pre satis sub salice fessa consedit, et cunctis auribus in somnum soluta, a Marte visa et oppressa est. Ei vero dormienti visum est se in conspectu ignium Vestalium stare et ex focos vittas laneas, quibus obnubilatum caput habebat, cecidisse, et ex eis duas consurgere flammas, quarum altera maior ramis totum occupabat orbem. Quas cum moliretur patruus excidere, a pico Martia avi et lupo tutate sunt. Que cum ex eo compressu, que dormiens passa fuerat, geminos peperisset, iussu Amulii regis Albanorum primum ut viderent in Tyberim delati, cum intumuisset pridiam imbribus tam flumine, neque intres delatores devenisse ad alveum, illos in ripa deposuere. Ibi aliquandiu a pico Martii nutriti, advenit lupa, que catulos perdiderat, et admotis labellis corporibus eos educavit. Figmenti huius ratio satis sumitur ex Romanorum annalibus. Legitur enim quod Ylia ex incognito patre uno partu Remum et Romulum peperisse, sic in te vulgatum testimonium ferentes in igne cecidisse duo nati. Duo fuere palma quidem victoriosi fuere homines, sed alter maior scilicet Romulus, qui Romam fundavit imperium, per quod omnis orbis fuerat et suorum scilicet victoriis subactus est. Inde has seniores noluit patruus diu alitum misit. A pico autem educatos ideo dixere quia picus forinas alatim per quas agricole intelligunt sic; a Faustulo pastore regio, qui agricultor erat, collecti et servati sint, et ab eo nutriti etiam sunt, qui ab Acca Laurentia Faustuli coniuge lactati et magna solertia gubernati fuere, quam lupam vocavere.

Unde lupanar

eo quod nobile scortum fuit et tales mulieres ab
lupe ob avaritiam causa cuius pudicitiam pro-
stituere et inde in hodiernum usque cellule ta-
lium lupanaria appellantur. Quod ex Ma-
rte geniti sint ad contegendam conditorum
tam inclite gentis infamem originem
adinventum est quadrantibus et moribus nimie
in figmento. Nam rapaces et predones et
elati animi atque bellicosi fuere de quibus dicit

Titus Livius

Titus Livius quod cum Amulius Numitorem
fratrem regno expoliasset, clausum eius occidit
filium, et Yliam ad auferendam spem prolis
vestalem dicavit virginem ex qua cum
nati gemini et iussu Amulii essent expositi
ti a Faustulo, Larentie coniuge, educati et ad
etatem usque puberem deducti cum rapinis et
latrociniis vacarent, Remus eorum frater con-
sciis fraudis Amulii ex composito cum capti-
vus a sociis duceretur alter et alter qui accusa-
tor cum sociis ad Amulium venisset, consur-
gentibus hinc accusatore inde accusato
in regem eum occiderunt et Remus confessi
sunt avo eorum Numitori fratri regnum re-
stituere. Ipsi vero ubi nunc Roma est sibi condi-
dere urbem. Et dum se uterque nomen urbi no-
men vellet imponere, in hanc concordiam
ex composito devenere ut si quis faustius
prospexisset augurium ex diversis montibus, is
nomen imponeret civitati. Ex quo secutum est
ut sex vultures videret Remus, duodecim
Romulus. Quamobrem cum plures vidisset,
Romam a se nuncupavit urbem. Remus autem
postea quod saltu loco muri signatum conscen-
dendum Romuli superasset, seu alia ob causam
a Romulo iussu fit a Fabio Romuli duce
Remus rutro pastorali occisus est. Et sunt
qui arbitrentur eum ibidem sepultum ubi saltu
muri vestigium transgressus est, credunt quod
hodiernam pyramidem in muro lapis in al-
tum erectam cadaveri eius super edifica-
tam.

De Romulo tercio decimo Martis filio

Romulus Ylie et Martis fuit filius
ut superius monstratum est. Eo dicat
Ennius hunc Romum appellatum fuisse. Verum
pro Romo Romulus blandimenti causa dicunt. Na-
que gaudent diminutivis blanditie. Hic quidem
primus fuit Romanorum rex bellicosissimus
homo adeo ut merito Martis filius crederetur.
Nulla enim ei quies umquam fuit. Hic multos
ex adiacentibus urbi populos armorum vi
sue ditioni subegit. Et cum vir bellorum
fuit pauca sacra apud novum populum
quem ex fugitivis et latronibus asilo facto
congregaverat et Sabinas mulieres fraude
captas congregatas concesserat institu-
erat. Sed inter alia Laurentalia intulit

Macrobius

hanc ob causam ut dicit Macrobius, quod ut
Macer in historiarum libro refert, Faustuli
coniugem Accam Laurentiam Romuli et Remi
nutricem regnante Romulo Carutio cui-
dam Tusco diviti nuptam auctamque post mor-
tem Carutii hereditate Romulum quem nutri-
erat heredem liquisset. Et sic ob id pieta-
tis causa festum Laurentalium institutum. Non
sic aliter opinatur dicetur non a Romulo
sed ab ipsa Acca Laurentia hoc introductum
sacrorum et a Romulo continuatum que opinio
roborari videtur auctoritate Fulgentii qui in libro

Fulgentius

antiquorum sermonum dicit sic: Acca Lauren-
cia Romuli nutrix consueverat pro agris
semel in anno sacrificare cum duodecim
filiis suis sacrificium precedentibus. Un-
de cum unus mortuus esset, ipse in vicis gratiam
Romulus vice defuncti succedere pollicetur.
Unde et ritus processit cum duodecim et
hinc duodecim qui sacrificarent deinceps

[illegible]

Arvales dicti sunt fratres sicut Rutilius Ge-
minus in libris pontificalibus memorat.
Hic insuper annum primus Rome ex decem
mensibus ordinavit quorum primum a Mar-
te patre Marcium appellavit, et plus
centum fore patres instituit quos senato-
res nuncupavit, et qui ex hiis nascebantur
patricii dicebantur. Inde sedato Sabinorum
ob raptum mulierum bello, populum di-
misit in curias et equitum tres centuri-
as descripsit, et alia multa fecit bellica
potius quam pacis tempora congruentia. Inde mul-
tarum insignis victoriarum, dum apud Capre
ad paludes ad recensendum exercitum con-
cionem haberet, coorta subito tempestate
magno cum fragore celi et tonitruorum
strepitu ingenti atque denso nimbo con-
tectus est adeo ut eius conspectus auferret
a plebe nec ultimus postea in terris visus
sit. Creditumque est a patribus, eo quod plebi
videbatur sane minus, trucidatum et in pa-
ludem cadaver eius deiectum. Sed postquam
plebe orbitatis metu aliquandiu
tacuit, a nonnullis initio facto deum
deo natum regem parentemque urbis Romae
salutare cepere et vota exhibere. Quam
stolidam opinionem unius nobilis viri eo

filio Roboratam arbitror. Nam Iulius proculus
qui ex stirpe enee creditus cum Remo ro
mulo quod alba relicta Romam deuenerat
cum in ciuitate sollicita desiderio perditi regis
in contione prodijt Romulus quirites pa
rens urbis huius prima hodierna luce celo re
pente delapsus sese mihi obuium dedit cum per
fusus horrore uenerabundus astitissem pe
tens quod ut mirari ut intueri fas esset abi inquit
Romanis celestes ita uelle ut mea roma
caput orbis terrarum sit proinde rem milita
rem colant sciantque et ita posteris tra
dant nullas opes humanas armis roma
nis resistere posse hoc inquit locutus sub
Quare dicantur Quirites limis abijt ex quo factum ut sub nomine qui
rini sit eum quia hastatus incedebat et has
ta quiris sabina lingua diceretur appel
latus et deus habitus sit. plinius tamen ubi de
uiris illustribus dicit Romulum a curibus sabi
norum opido Romanos appellasse quirites
decessit inde postquam annis .xxxviij. Re
gnasset et regnare cepit anno mundi
Eusebius iiii m iiii xlv natus annorum xv ut scribit
in libro temporum eusebius. Et quoniam ultimus
ex comptis ex prole martis est libello
nono secum libet finem imponere

Genealogie deorum gentilium
liber Nonus Explicit

f

Genealogie deorum gentilium secundum
Johem boccaciu de certaldo liber decimus
incipit feliciter in precedenti arbore cuius
in radice consistit neptunus describitur
in ramis et in frondibz omnis eiusdem
neptuni succesio ‥ Prohemium ‥

M
editraneum mare affri
co et assiatico atque
europe litore terminatu
nulle conspicuum insu
lis ope herculis regni
inclite inter abila et cal
pem occidentalia promontoria quas pompo⁹

Colunnpnis herculis vocat ad trahas de
inissu inras ex occeano vetustissimi hoi
nes credidere ex quo sic deo sua liberalita
te inris oportunitatibz prudente ingens
mortalibz commodu consecutu est Quid
enim prestare dio prestante linie rates humano
excogitatas ingenio et artificio fabre
factas inter remigio sulcantes undas inter
velo tenso ventorum impulsas spu quibz
omne terrarum deferetur omne Quid eorum ex
cogitare audaciam Quin se primo undis
incognitis et inexpertis flatibz credidere hor
ror equidem e horum tn et si non semp be

plurimi tanta sunt fides aut audeatur fortu
na ut tussitantes peregrinatione longinqua
non dicam cursu solum sed volatu celeri dela
ti aurum metallaque cetera eois vestes purpu
reas et aromata lapides preciosos et ebora
occiduis peregrinas aves et balsama ligna
indie silvis incognita gummas et sudores ar
borum reliquos radices que non omni solo fa
miliares ex quibus tam famis quam egritudinis cor
poribus medicamina atque oblectationes secum
ferunt munere et quod non minimum huius eximie
rei primum bonum est hijs agentibus navigaci
bus maris huius factum est ut cymber et celta
altero orbis angulo non imperpetuum senciant
qui sunt arabes quod mare rubrum quid et
sabea nemora sudent hircanus et tana
is incola athlanticos noscant hesperidas
et eorum ecia gustent aurea mala fervein
tes ethiopas et india ac libitas pestes ge
lidus hyperboreus lustret et sarmata ut
et hispanus maurus que insitatus inspitet
caspias et yndas et caucasum Et tyles ul
tima calcet taprobanis litora et dum sua
invicem permutant bona non solum mores leges
que et ritus invicem fit quod primo qui se
dum alterum intueri ex alto quod sic mundo
nec uno eodemque secum illo ambiri occeano
arbitrantur ritus misceret fidem memnonis
coiret atticas migrat et dum sua docent
ydiomata discant et aliena et sic fit ut
quos fecerat distancia locorum extraneos na
vigacio migrat faciatque concordes Sunt pre
terea et alia multa que si tanta non sunt
admiratione conspicua sunt forsan uti
litate communia cariora prebet hoc mare lem
bis infinita piscationum comoda quibus fit
ut opipares divitum mense magnis atque
sapidis piscibus onerentur et pauperes minori
bus nutriantur hoc insuper prestante tranquillo
ex insulis fertilibus pecora jumenta at
que frumenta et oportuna quecumque victui
indigentibus et alterum deferantur dat vali
dis infimisque lavacrum et sale suo valle
facit insipida humectat adiacentes un
dique terras eiusque subterraneo fistulas implet
ex quibus fontes hemus et flumina quorum in
si susceptor adesset in convallibus maxima
hominum peste marcerent Sed multa referam
hoc tam singulare bonum extimens ut pre
sumpere poete in divisione regni inter fili
os saturni neptuno contigit et eius deus est

deus Cuius quoniam prolem explicaturus sum ha
bunt me ipsum per eius beneficia certum agere
paululum ut si dum aliorum navigans poste
ritates exquirens se absque periculo cimbulam
meam sulcare permisit nunc exquirenti sua
tranquillum se prebeat quod oro ut ille faciat
qui illud in cataclismo insita litora reno
tavit ~ De neptuno x° saturni filio
Qui xxxv. fuisse filios legimus. Quorum
hec sunt nomina primus dorus. secundus
amicus. iii° foreus. phorcus iiii°. albion
v. borgion sextus tara. vii polyphemus.
viii thilemus. ix brontes. x. steropes.
xi. piragmon xii nasitheus xiii°.
aycheon xiiii. aetheon quintusdecimus
aon xvi. mesapus xvii. busiris xviii.
pelia pegasus xix. nicteus xx. yrceus
xxi. pelias. xxii. neleus xxiii. cig
nus xxiiii. evisctor xxv. othus xxvi.
Ephialtes xxvii Egeus. xxviii. on
chestus xxix. pelasgus xxx. nau
plius xxxi. Celleno xxxii. aello.
xxxiii. occipite xxxiiii. Sicanus.
vicesimus quintus Speculus ~ ~

Neptunus saturni et opis fuit filius
et dum natus est a matre fuit abscon
ditus ne a satirno occideretur ut in sacra histo
legitur. hunc veteres maris dixere deum quod ex
carmine maronis patet dum dicit matu
rate fugam regique hec dicite vestro Non illi
imperium pelagi se inquit tridentem Sed mihi sor
te datum neptuno scilicet quod forsan ab
homero sumptum est dum in persona neptuni
sic in yliade dicit [Greek text, garbled in manuscript]

Idest tres enim a saturno sumus fratres quos genuit
rhea. iupiter et ego tercius aut dites
mortuis dominans. Triplicia autem omnia di
visa sunt cuilibet contigit honor certe
michi contigit antiquum fretum ha
bitare semper etc. Hunc insuper preterea dicit al
bericus uxore fuisse nomine amphitritem et
amplissimam sed ex pluribus mulieribus
prolem Et cum illi certum comites que dederunt
qualiter per regnum incedat sum pulcre des
cribit virgilius dicens iungit equos curru
genitor spumantiaque addit frena feris
manibusque omnes effundit habenas ceruleo

Verum fontes creavit

Virgilius
Homerus
Albericus
Virgilius

per summa levis volat equora curru subsidunt unde tumidumque sub axe sonanti sternitur equor aque fugiunt vasto ethere nubes. Tum varie comitum facies immania cete et senior Glauci chorus Inousque Palemon Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis. Leva tenet Thetis et Melite Panopeaque virgo Nisee Spioque Thaliaque Cymodoceque. Et

Statius

Statius aliter eius describit excursum dum dicit: Qualis ubi Eolio demissos carcere ventos dux premit Neptunus agit magnoque volantes incitat Egeo tristis comitatus eunti circum fremunt nubes hiemesque profunde nubilaque emisso terrarum sordida fundo tempestas etc. Hunc insuper de impositione nominis Athenis cum Minerva litigium habuisse quod quoniam ubi supra de eadem dictum est satis plene describitur recitasse supra tamen duxi. Sic et de muris Troie ab eo et Apolline constitutis ubi de Laumedonte legitur inventum volunt eum insuper Iunonis fuisse alumpnum et loco sceptri gestare tridentem et terre illi fundamenta sacrata ex quibus quid senserit decepta vetustas videndum est. Neptunus maris deus a fingentibus dictus est eo quod, sicut in sacra legatur historia, Iupiter Neptuno imperium dedit maris ut insulis omnibus et que secus mare loca erant omnibus regnaret. Et hunc poete postmodum ubi vetustatem [illegible] historiographus deum fingendo dixere que fictio adeo adolevit ut etiam qui se prudentes arbitrabantur infanda credulitate caperentur. Amphitritem autem illi ideo dixere coniugem quod semper maris motus sit sonus qui ubique in litus sit in circuitu orbis procitentibus sese undis in terram. Dicitur enim Amphitrites ab amphi quod est circum et triton maris sonus et sic circumsonans. Currus autem hic designare motum eius in superficie qui cum velocitate et rumore fit ut currus faciunt rote. De eius incessu et comitiva que a Virgilio scribitur videntis in tranquillitate maris [illegible] ponitur. A Statio vero quam designatur qualiter scilicet ex tranquillitate mare efficitur periculosum. Mare autem Iunonis fuisse alumpnum ideo dictum est quod aer ex aquis suscipit incrementum ut ubi de Iunone dictum est. Tridens autem sceptrum illi concessum triplicem aque proprietatem ostendit scilicet labilis navigabilis et potabilis. Fundamenta vero illi consecrata sunt ideo quod eius opera terra moveatur et ob id ab Homero vocatur sepissime ennosigeos quod idem est quod terram movens. Et propter hoc voluerunt insipidi id quod sibi sacrum esset ab eo debere servari. Quod quam male legerint isti canticum illud: Nisi dominus edificaverit domum in vanum laborant qui edificant eam. Et hii potissime qui Neptuno fundamentum commendant cum nil stabile sit nisi fundatur in petra. Petra autem Christus est. Vocant eum Neptunum ut ait Rabanus et Ysidorus quasi nubat id est mare terram tegat vel ut dicit Albericus [illegible] deum qui ob id moneat quod in eo res natent. Ridiculum est ab inopinato vetustis nomine velle regum qualitates exprimere.

De Doro primo Neptuni filio

Dorus ut dicit [illegible] Neptuni fuit filius quem alii in parte Grecie regnasse volunt ibique tante fuisse auctoritatis ut omnes apud quos gessit imperium ab eius nomine Dori nuncupati sunt. Ysidorus vero ubi de ethimologiis et Rabanus in libro de origine rerum dicunt Dorus Neptuni et Elopis filius fuit unde Dori nomen et originem ducunt. Sunt autem Grecie pars ex quibus et cognominata tertia lingua Grecorum que Dorica appellatur. Cur autem hic Neptuni dicatur filius talis videtur ratio. Primo enim possibile est eum Neptuni regis fuisse filium et tamen virtute sua quam arte patris in magnum devenisse nomen ut sit. Et de hoc satis dictum est. Consulis preterea veteres et potissime qui tyrones erant a propriis sedibus ad alias terras meare non inique motu proprio ob cupidinem glorie et aliquando seditionibus pulsi vel alia necessitate coacti. Quum eo quod nondum ubique [illegible] montes et tenebrosa vetustate nemora complerent omnia que littora colerent tantum mediterraneis fere neglectis locis navigio ferebantur et ubi applicabant seu in litore occupato seu sponte incolarum suscepti si videretur opinione erant vel efficiebant insignes dum nationis eorum alia non haberetur ab incolis notitia quam quod per mare venissent et ut etiam originis gloriam ampliarent confestim Neptuno attribuebant eumque Neptuni filium nuncupabant. Si forsan huiusmodi homo terrestri advenisset itinere terre illum filium esse dicebant quod multos contigisse indocta testatur antiquitas. Et ne sepius reiterandus sit sermo sit de reliquis Neptuni filiis in alia ratio demonstret intelligendum sit.

De Amici vel Amico filio neptuni qui genuit buchem

Amicus vel amicus filius fuit nep
tuni et melites nymphe secundum firmium
quem eum dicit a polluce ceanne superatum Lac
tantius apertius applicans dicit quod cum
polluxo cum argonautis ad bebricum nem
appulisset et eum amicus bebriciorum rex
ad testum provocasset cestarumque semper
hanc consuetudinem ut insidiaret intuiti
bus bebricum nemus et sub titulo enocatois
in cestame in illud advenas deduceret et oc
cideret contigit quod cum in illud provocasset
polluce et superatus illi vellet vim in
ferre convocatis a polluce sociis ibidem
occisus est ubi alios occidere consueverat The
odontius vero dicit hunc ex melanthone prothei
senis filia neptuni fuisse filium verum ergo
magis firmo credam cum dicat leontius enim
ex melita insula haud longe a sicilia
ibidem venisse et bebricie regnum viribus
occupasse Est enim bebricia regio que post
ea bithinia nuncupata est prouincia troadi

De buthe amici filio qui genuit Erycem

Buthes ut asserit theodontius filius fu
it amici regis bebriciorum Hunc dicit
leontius ob patris seviciam eo ab argonautis
ceso regno pulsum et cum melitam avitum
regnum repeteret post aliquales errores pro
montorio drepani in sicilia devenisset I
bidem alicaste nobili atque pulcherrima ea
tempestate meretrice hospicio susceptus est
Cum qua cum esset usus concubitu ex ea filium
suscepit quem ericem nuncupavit Et quia li
castes ob eximiam pulcritudinem et me
tricium ab incolis venus vocaretur fabule
datus est locus buthem scilicet ericem ex
venere suscepisse

De Eryce buthis filio

Erix ut theodontius dicit filius fuit
buthis et veneris Servius autem dicit
neptuni et veneris et ex eo mio argonau
tarum fuisse et ait quod cum venus spaciaret
in litore siculo a neptuno oppressa ericem
concepit Quod predictis male consoni
est Vesto dicta possit buthem hominem ex
terrum et a mari venturum neptunum dici hic
erix regnans in sicilia et viribus potens
hospitibus legem posuerat ut secum cestibus
decertarent Qui tandem ob herculi ex
hispania redeunte victus occubuit Sa
ne theodontius historia continuans genera
cionis eius dicit quod cum ea iure patris ap ma
ximarum diviciarum meretricio quesitarum licta
tis aplissimum in eo sicilie angulo dominium
possideret et viribus buthis eam amplyatum ea
monente erix tam thesauro quam egregio matris
titulo licet falso elatus se loci regem dixit
et in culmine proximi drepano montis templum
ingens construi fecit quod matri dicavit et vocari
iussit templum veneris ericine tandem insolens
nimium ab herculi occisus est et in monte sepul
tus ubi matri condiderat templum

De phorco tercio neptuni filio qui genuit bathillum thoosam Scillam medu sam Stennonem et eurialem

Phorcus ut dicit firmius neptuni et thoo
se nymphe filius fuit hunc dicit varro
regem fuisse corsice et sardinie et ab a
thlante rege navali certamine superatum et
cum magna exercitus sui parte obrutum Qua
ob rem socii qui fuere superstites in suam
consolacionem eum in marinum deum fuisse con
versum dixere et sic maris deus est vents fa
ventibus poeticis fictionibus desiderio attes
tantem Et sic videtur ea demercione phor
cum sibi deum patrem et deitatem quesisse

De bachillo phorci filio

Bachillus ut dicit theodontius filius
fuit phorci et marinum monstrum de
quo et si quedam alias referunt literis fe
alitur vis delectus legisse non potui nec aliud
usque alibi vidisse memini

De thoosa phorci filia et matre polifemi

Thoosam dicit firmius phorci fuisse matrem
Verum homerus in odissea eiusdem phorci
dicit fuisse filiam sic ΑΝΤΙΘΕΟΝ ΠΟΛΥΦΗΜΟΝ
ΟΥ ΚΡΑΤΟΣ ΕΣΚΕ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΠΑΣΙΝ ΚΥΚΛΩΠΕΣΣΙ ΘΟΩΣΑ
ΔΕ ΜΙΝ ΤΕΚΕ ΝΥΜΦΗ ΦΟΡΚΥΝΟΣ ΘΥΓΑΤΗΡ
ΑΛΟΣ ΑΤΡΥΓΕΤΟΙΟ ΜΕΔΕΟΝΤΟΣ etc.
Id est anthiteum polifemum cuius potencia est
magna omnibus in ciclopibus thoosa autem ipsum genuit
nympha phortinos filia maris sterilis principantis
Et sic apparet hanc phorci filiam fuisse et ex
neptuno pepisse poliphemum ciclopem nec
adversatur quod dicit firmius eam phorci matrem
cum due potuerunt esse eodem nuncupate nomine
quarum altera fuit mater altera vero non filia

De Scilla filia phorci

Schilla ut ait firmius phorci et crotei
dos nymphe filia fuit Hanc ut ait Ovi
dius glaucus ex anthidone civitate marinus
deus amavit Et cum illi sirce filie solis
que illum diligebat preponeret irata circes forte

in quo consueverat schilla lavari venenis
infecit adeo ut dum descendisset scilla in
eum more solito pube tenus repente in va
rias est mutata formas. Ovidius cum sua de
formitate horreret sese in proximum precipita
vit mare et glauci amantis sui ope dea
marina facta est. Alii marinum monstrum
effectam dicunt. Cuius forma sic describit
Maro. At scilla cecis cohibet spelunca late
bris. Ora exertantem et naves in saxa trahentem.
Prima hominis facies et pulcro pectore virgo pu
be tenus postrema immani corpore pistrix del
phinum caudas utero commissa luporum. Prestat tri
nacrii metas lustrare pachini. Et Home
rus autem longa carminum serie aliter in odis
sea describit ferre in hac summa. Dicit enim eam
latrantem et catuli voce habere inproprie tremendi as
pectu horribilem et pedes habere duodecim cum sex
capitibus et in omne caput os ingens cum
trinis ordinibus dentium plenis ingerit morte
eaque in spelunce medio morante capita
extra mittere in profundissimum mare piscarique
ut delphines capiat vel balenas. Leoncius
aut alia a superiori de scilla recitat fabu
lam. Dicit enim quod cum scilla miscetur neptuno
amphitrites eius coniux commota zelo sparsis
in aquis fontis in quibus lavari consue
verat eam vertit in caminam feram. Quam her
cules cum prius gerione hispano superato re
diens eo quod sibi boves abstulisset occidit.
Deinde illam phorcus eius pater revocavit in vitam.
Hiis premissis que contegant enuclean
dum est. Sentit ergo qui extimet olim in
litore calabro freto tenui a siculo separato
advena fuisse mulierem summa pulcritudine
et astu plurimo valentem et cum frequenti venien
tium modestia morum et honestate oris
quibus virginem seu pudicissimam fingebat
matrona illos hospites in concupiscentiam
suam inducebat substantiis. Et hinc datum fa
bule locum Fulgencius autem de ea aliter sentit
in morale sensum eque fictionem trahens
et dicens sic. Scilla enim grece quasi exquina
dea est quod nos latine confusionem dicimus et que
confusio nisi libido est. Quam libidinem Glau
cus amat. Glaucus enim grece luscitius
dicitur unde et glaucomata dicimus cecitatem.
Ergo omnis qui luxuriam amat cecus est.
Nam et antidonis filius dicitur esse antidon
enim grece quasi antido quod nos latine contra in
dens dicimus. Ergo lippitudo ex contraria vi
sione nascitur id est ex re contraria. Scilla non

in modum ponitur meretricis quia omnis libidinosa
canibus lupisque id est immundis atque spurcidicis
et hyulcis hominibus sentina sua necesse est mis
ceat iuste ergo lupis et canibus iuncta.
Quam circes odisse dicitur. Circes manus quasi manudi
catio vel operatio nuncupatur quasi cironeron labore
id est manuum et operacione libidinosa mulier
non diligit. Hec ille. Glaucus autem superius ubi
de circe per maris spumam sumptus est quam
laudat circens monens in radicibus suis rone
scopulorum et quos mare impulsu frangit
et sic scille scopulus tamen de hoc satis ubi
de circe. Salustius autem dicit saxum esse simu
le celebrate forme procul visentibus canes
vero et lupi ob hoc ex ea nati finguntur quia
ipsa loca plena sunt monstris marinis
et saxorum asperitas illuc imitatur latratus
canum. Sed nos paululum figmentis explicata
cius adaptemus. Certissimum est ex parte Italie
in conspectu litoris tauromenitani saxa esse
ingentia atque cavernosa et acuta et cul
torum situ secantia et se in fretum sicu
lum precedentia in quo commotu quo occeanus
assidue agitat fluxum scilicet et refluxum
adeo cursu velox et impetuosum fertur
mare ut nil celerius videatur. Aut potencius
preterea flantibus ab aquilone in austrum
ventis et ab austro in aquilonem tanto
impetu eo freto in se undas impellunt
ut percussionibus suis in celum usque videantur
efferri. Ex quo tam impetuoso motu fit
ut irruentibus undis cavernas scille rumor
causetur ingens qui habet inde sicut latratus
canum ululatusque luporum imitatur. Et quoniam
in vacuum semper declinat aque fit ut eis
descendentibus in cavernas scille secum pote
cius impetus si sunt navigia trahat et
sic ex veritate constitutis constat virgili
fictio. Quod illi multa sint capita ut
dicit homerus nichil aliud est quam pluralitas sco
pulorum ibidem differet hunc unde caput in
altum extollentium quibus ingenium ut pedes
sit id est fundamentum eorum oportunum est. Ora
aut plura et dentium ordines nil aliud
quam crebros cuniculos inter secantia saxa
distinentes ostendunt. Quamquam inquit mor
te id est mortis periculo illos intrantibus plena
sunt. Quod delphinos piscetur aut balenas
id dictum est quia locus ille semper maiorum
ac monstruosorum piscium habundans sit. Quod
autem dicebat leoncius scillam misceri
neptuno eundem est. Nam ut patet in mare

ꝯtendit saxum z qm ibi sit tempestas et
sonoritas assidua id fictu e ab amphitrite
furmata fuisse uetita Qd aut illa occi
dit hercules s. theodonci9 ob id fictu qz vm9
ciclopis filius int saxa stille perierit Qr
obrem in vltione suam ciclops maxis mo
lib; loco uettis ora stille clausit et unu
fretu fecit et ob id mortua stilla dca est
Tractu tn tpris omnia uetita in se rethens
mare locu redegit in forma pristina et
sic a phorco suscitata e filia Scilla aut
forti fuisse filia dicit theodoti9 a phillocoro
testari eamqz cu ex sardinia steleno
corinthio nobilissimo iuuem iuteret in
ꝯiugem ibide perisse et loco reliquisse no
men ~

De medusa stennone et Euriale gorgonibus et filiabus fo phorci ~

theodoncius Medusa stenno et euriale phorci fie z
ex monstro marino suscepte fiie vt
theodonci9 dicit hee quidz gorgones appel
late fiie et vete testante fama int omes
pomponius tres vnu tantu oculu habuere quo vtebat
uicissim Et vt scribit pompom9 mela in
cosmogphia insulas dorcadas tenne quas
lucanus ee constat in occeano ethiopico ex opposito
ethiopu hesperidu Quod etia a lucano te
stari videt vbi dicit finib; extreme libies vbi
feruida tellus accipit occeanu demisso so
le calentem. Scalebat late phorcinides
arua meduse z e hijs insuper hant fuisse
ꝯpetate aiut vt quoscuqz eas intuentes
ouidius in saxa ꝯuerterent has duas tn fuisse di
cit ouidi9. Cui9 in introitu gemias hitasse
sorores phorcidas vnu9 sortitas lumis vsum
e Ex hoc quali ad omes tres dcm sit ~
Nunc aut fictom sensu libet inserere et an
alia has e phorci regis sardinie de quo s
filias fuisse no puto sz alicui9 affinis phor
ci apud insulas dorcadas ea tepestate re
gnantis monstri aut marini id filias
dcas puto a similitudine monstri .n. ma
rinu balena est cui9 int ꝯpetates dicunt
hij qui aialiu exquisiue nas hat ee vt
du os apit tanto odore cuta circuplere
vt omes ad ea ꝓpinqui conueniat pisces
ipa aut quos vult capit donec eius ex
pleat fames Et qz equo mo phorcinides
mirabili pulctudie sua ad se videndas
omes attrahebat hoies monstri filie dce sut
Seuenus theognidus eis vnu tn fuisse oculu ob id fictu videt
crede Serenus et theognidus atiquitatu
historiographus eo qz vni9 z eque pulcritu
dinis ecent Ego aute reor eo qz ex eis intu
entiu omu vnu et idez ect iudiciu qd aut
ꝯspectantes in saxa ꝯuerteret ob id fictum
existimo qz ta stupendis ect earu pulcritudo q
ea visa stupescerent intuentes et uiuti atqz
imobiles no alit qz si ecent saxa deuenirent
Gorgones aute dce sunt qz ut dicit theodo
cius eu moriente pre ditissime remansisset
adeo rem cultiuate sua vt cuctis diuicijs pli
mu sus hoc vocarent cognoie qd sonat re
cultores Na gerere georgi agricultores dicunt
fulgencius fulgencius quidem longe alit sentit dicit
eni tria ee terroris genera q p noia harum
demonstrant Stemo naqz debilitas int
pretat .i. timoris initiu qd tm mentem
debilitat Euriale vero fidem est qd lata p
funditas .i. stupor uel amentia que p
fundo quoda terrore mente debilitatam
spargit Medusa at obliuione significat
que no tm mentis turbat intuitum vez
etia caligine ingerit insuis hoc terror in
omib; opatur Sz salua semp fulgencij
reuerencia ista no videntur de mete fingere
cu eu hec no terrorem sz admiratione
inferrent ~

De medusa phorci filia in singlari.

Medusa filia phorci vt dcm est cu spe
ciosissima mulier esset hunc int alia
sui decoris spectabilia vt theodontius asserit
crines no solu flauos sz aureos quoru splen
dore captus neptunus cu ea concubuit in te
plo minerue ex quo genitu pegasus equ9
natus est Quamobrem turbata minerua
ne ignominia teplo uetita remaneret in
ultu crines meduse mutauit in angues
et sic ex pulcra monstruosa fca e Cui9
monstri cu fama nolitaret vndiqz fctm
est vt ad illud supmidu veniret pseus scuto
palladis armatus qui ei caput abscidit
Et cu volans remearet in persiam caput
qz secu deferret gorgonis ꝯtigit qd cadentib;
guttis sanguis p solitudines libicas ex
eis crearent serpentes quoru plenissima
est libia. Medusam crines hruisse aureos
ideo fictu reor vt intelligamus eam fuisse
ditissima cu p crines sumatur substan tpa
les pt has aut substacias neptun9 .i. ex
teris homo vt fuit pseus in concupiscentia
eius trahit et ea in templo minerue opp
mit .i. int timos prudentis ꝯsilij illa supe
rat qd etia p scutu palladis demostrat

qui cristallinus erat ut per eum firmat prudentis circumspectio habet. n. hoc cristallum ut reddat oculis intuentis quodcumque ex se gerit Et sic et dux discretus consilio quid possint hostes agere intuetur Et sic se tutum facit dum illorum a se previsa frustratur consilia ex compressum autem prudentis et exterriti ducis oritur pegasus equus i. fama ut in sequentibus ubi de eo patebit latius crines autem in serpentes vertunt quotiens quis vacare studiis suarum opprimunt Nam qui consueverunt splendoris et ea possidenti in mordentes solitudines curas que vertuntur Caput enim tunc meduse abscindit cum substantiis spoliatur per quas vivere et multa posse videbat Ed serpentes in libia ex sanguine capitis meduse nati sint ad roborandam figmenti speciem a poetis que ad aliquid significatum tegendum dictum est Testatur autem eusebius in libro temporum hanc medusam a perseo pecunia divitiarum tractu superatam atque regno divitiisque privatam cecrope athenis regnante dicit que a diximo scriptum in historia persica

Eusebius

De albione iiii° et borgione quinto filiis neptuni et est Rubrica

pomponius

Albion et borgion ut pomponius mela in libro cosmographie testatur filii fuere neptuni ex quibus ipse idem talem recitat fabulam transeunte hercule inter hostia rhodani et loca que postea mariana fossa dicta sunt ei albion et borgion obvii facti sunt eius impedientes transitum Quamobrem cum hercules adversus eos inisset certamine deficient que ei tela ab invocato patre eius iove illi subsidium datum est ymber scilicet lapidum quorum adeo locus ille habundans est ut facile pluisse credimus arbitror ergo hos predones fuisse viros et advenas cumque sibi ibidem sedes suscepissent timentes ne forte pellerent obviasse herculi vel alteri venienti a quo superati sunt et iacentes passim lapides locum fabulose pluvie invenisse

De tharam sexto neptuni filio

Tarentum apulee quis condidit

Tharam filium fuisse neptuni servius asserit dicitque eum et salentinorum confinia tarentum olim inclitam civitatem condidisse et a suo nomine nuncupasse esto iustinus velle videatur a spuriis spartanorum conditam verumque idem servius ab eisdem duce palento non conditam sed restauratam affirmat

De polyphemo ciclope septimo neptuni filio

Poliphemus ciclops unus et reliquis ciclopes omnes filius fuit neptuni ex thoosa phorci filia ut dicitur per homerum patet ubi de thoosa

Constat enim hunc inter ciclopes notissimum et potentissimum fuisse et galatheam sicu lam nympham amasse ut patet Ovidius ubi de galathea preterea eum unum habuisse oculum voluit et ingentis stature fuisse hominem atque amplissimos in siluis siculis servasse greges et postremo ab ulixe privatum oculo

homerus

De quo homerus in odissea talem refert fabulam. Dicit enim quod cum ulixes vagus post ylionis excidium lothophagis relictis venisset in sicilia vidit ibi hominem villosum et hispidum greges inmugentem et ab antro suo solum amovente lapidem quem movere nequissent iuga boum viginti Tandem cum antrum intrasset

virgilius

eius cum duodecim ex navali sociis poliphemo que per contrarium narrasset qui erant et unde venirent orassetque eius in suis oportunitatibus favore a ciclope superbe risum est cum dicet se iovem non timere eoque se meliorem et cum rogasset quoniam navem liquisset ulixes perfidiam ciclopis sentiens vidit se cum sociis naufragium fecisse postquam ciclops videntibus ceteris captis duobus ex eis illos ritu belue discerpsit atque devoravit Quare commotus ulixes cogitaverunt eum occidere sed advertens quod tam ingentem molem ab hostio antri amovere nequisset destitit Ciclops autem mane facto duos alios comedit Et ulixe cum reliquis in specu relicto cum gregibus abiit Ulixes autem clausus ingentem baculum acuit texitque fimo et cum sero ciclops rediens duos super ex sociis occidisset ulixis obtulit ei ulixes optimum vinum tamdem misericordia orans Ciclops potato vino quesivit misceri sibi vinum iterum postulavit Ed postquam sextum et cum tertio potasset nomen peciit ulixis Eam illi se nemini vocari respondit quod latine sonat nullus Eam ciclops loco muneris exhibiti poculi te ultimum comedam Tandem cum obbibitum vinum ciclops insuetus facile se soluisset in sompnum ulixes sumpto stipite quem sepeliverat in fimum coque igne perusto acutie in factum sociis intrusum in oculum ciclopis acer visum impetere ciclops autem experrectus ingenti clamore socios antro propinquos invocavit adiutores Eam cuntum antrum quererentque quis nam illum infestaret cum ciclope nemini respondentem audissent arbitrati quod naturali egritudine gravaret abeuntes dixere ut neptunum patrem pro sospitate precaret Ciclops autem tristis cum admonuisset ab hostio antri molem prediss

quod brachia nequiens hostium exiret antrum cum
congregibus pro consuetudine singulis pecudibus e
mittebat. Ulixes autem cum sociis cum se occisorum
arietum pellibus contexisset, exiuit antrum
quadrupedes et a ciclope incognitus, quem de
duxerat ex pectoribus ciclopis, festinus ad na
ves abiere. Quos cum sensisset ciclops, eiecta
mole ingenti fere navim attigit. Ulixes
autem ex tuto illi nomen aperuit suum. Quod
cum audisset ciclops, heu dixit, in vaticinium
Telemi Eurimedis ciclopis tandem deveni.
Ulixes autem abiit. Virgilius vero eius tam for
mam quam domum narrante Achimenide uno (Virgilius)
ex sociis Ulixis longe breviori carmine de
signat dicens: Inmemores socii vasto ci
clopis in antro deseruere. Domus sanie
dapibusque cruentis intus opaca ingens.
Ipse arduus altaque pulsat sydera. Dii ta
lem terris avertite pestem. Nec visu fa
cilis nec dictu affabilis ulli. Visceribus miserorum
et sanguine vescitur atro etc. His ex poli
phemo premissis ad intellectum misticum
veniendum est. Et primo videndum quid Neptuni
et Thoose filius deus est, circa quod ego ar
bitror prestante causam iure regis Sardinie
et filia cum incognitum Sicilie advenisse, cum
eius occupasset partem seu forte totam, incogni
tus Neptuni dictus sit filius et tirannus in
sule. Seu alia ob causam potuit meruisse
Neptuni nam uti exorabilis est Neptunus
tempestate commotus sit et inexorabiles sunt
tirannorum ira aut cupiditate commoti. Et quia
hic ingentis forme, id est magne potentie, divo
rum, id est populorum, tirannus fuit, quod oculum
unum illi tamen fuerit ondit Solam enim sua
rem tirannum curant, nil in deum, nil in
proximum, nil in subactam plebem respiciunt.
Homines unos ensiferant atque corrodunt.
Dum substantiis evacuant subditos, dum cor
poribus depravant, dum innocuos cruciant. Hii tamen
vino, id est blanditiis astutorum hominum, sopiuntur
et oculo obcecantur, dum incidunt subtractis?
Dominio. Albericus autem de polipheno isto aliter
sentire videtur dicens hunc poliphemum unum
habuisse oculum, alios duos, alios tres, sed to
tum fabulosum esse, quia ipse velit unum tantum habuis
se et ideo asserit hunc prudentissimum fuisse
virum et hunc in fronte oculum habuisse, id est in
cerebrum, sed ab Ulixe prudentia superatum, quod in
Ulixis preclarem laudem concedi potest. Ut
superato homine sensu tirannico per polisenum
eloquium et dolosas demonstrationes oculati
hominis atque violentia parentis manus effu
gerit. Ego insuper quia de magnitudine cor
porea huius poetas yperbolice locutos satis du
bium arbitrius sum postquam de Erice statura
apud Drepanum hiis temporibus comperta audivi,
pendulus sententia nec utrumque verum simpliciter scrip
serint aut fictum negare audeo nec affir
mare.

De thilemo undecimo Neptuni filio.

Thilemus Eurimedes ex ciclopibus unus
est, in Odissea ondit Homerus et ut ceteri (homerus)
dicunt sic et hic Neptuni fuit filius, ex qua
tamen matre nisi ea fuit ex qua Eurimedes
denominatur non habetur. Hunc dicit Homerus se
nem fuisse et inter ciclopes vaticinio va
luisse atque predixisse poliphemo quod ab Uli
xe oculo privaretur.

De bronte XII. sterope XIII. et piragmone XIV. ciclopibus et filiis neptuni.

Brontes, Steropes et Piragmon ciclo
pes insignes fuere et ut dicit Theodontius (theodontius)
eius ex Amphitrite coniuge Neptuni fuere filii.
Hos artificiosos fuisse homines constat et a
cri labore duratos quos Vulcano ignis do
attributos ut sub eo apud Liparam insulam
Iovis conficiant fulmina voluit. Ut Virgilius
in Eneida plurimo describit carmine quorum
si vite volumus causam originis eorum et officii
demonstrare, pauca de necessitate premittenda
veniunt. Cum igitur ciclopum due satis videantur
esse species, ne de una quod de alia compertum est in
telligat, veniunt distinguende. Prima est de
qua supra ubi de polipheno et illa ut satis
apparet pessima. Secunda non artificiosorum homi
num est ut apparebit in sequentibus. Et quia inter se
discordes sunt, ut discordet interpretatio nominis
congentilium quoddam esse hunc necesse est. Dicunt igitur
hii ciclopes qui artificiosi sunt homines a ci
clos quod est circulus et copis quod est oculus, id est
oculo circulatus. Seu ut Bremius summam se
quentes vocabulorum circumspectus. Quod quidem
artificem hominem esse oportet. Nam si non sit
nequeunt congrue primis ultima unde et
ideo consuevere circumspecti artifices atque ma
num operi apponeret mente et principium et me
dium et ultimum intueri ut finem debitam posset
prestari initia et sic opus inchoare pa
pias autem dicit ciclides artes a grecis nun
cupari eo quod origo illarum sicuti circuli in
cum latens sit, ex quo vocabulo dici ciclopes
tamquam ab arte artifex congrue dici possu
mus. Hiis premissis cum Neptuni dicti sunt filii

Un sumptu e bellu a cretibus ordinatorum

Videant. Postremo quid eo quod ex mari seu
aquis fere exemplaria celerorum omnium artificia
terrorum sumpta videant a piscibus. Quid de sumptu
volunt, quo ordine in pugna acies deduca
tur ab eisdem quo pacto homines equosque ferro
tegant squamis eorum inspectis a prima ex
carinificatis piscibus in litore ad construendas
longas naves doctrina sumpta est. Ab mare co
struende domus et solaria artificum demo
stratum. A testitudine conspectis carinibus ci
thare compositio omissa est et tectorum etiam do
cumentum a conchis et spondilibus hostiorum at
que valvarum flexuositates tradite necnon
et qualiter per circumflexos gradus in excelsas
possimus turres ascendere sit, et quo pacto bu
cinas ede in aquis qua circa herbarum contextio
nes et productiones florum exorte et mixtesi
la telas que texere demonstratum aque ad vari
etates telarum colore faciendas quisque sanguine
conche prime a motus earum primus innistam
et tempora eius atque concentum meditantibus
dedisse comptum est. Quid multa? Dicam in
numerabilia sunt que mare producit instrumen
ta artificum ingenia ex quibus fit ut me
rito artificiosos homines Neptuni filios nuncu
pemus Ciclopes sic vocemus et quamvis que
Hesiodo placeat Plinio teste in libro naturalis
historie hos qui dactali vocati sunt in creta
fabrica ferraria invenisse dicit, ferre Plinius a
ciclopibus atque calibibus ferrum fuisse repertum.
Cur autem ex Amphitrite dicant susceptos
puto a tinnitione sonorum cum undique perstre
pant artificum somnis Vulcani, eo tradunt
obsequio, quia igne mollunt dura ad usum
artificis et mollia solidant ut facius os
detur ubi de Vulcano tractabitur. Quod autem apud
Liparim fabrilia operentur. Dicendum est ad ostendendum qui
ab artificibus loca artificio convenientia su
menda sunt. Quid enim queso faciet faber ferra
rius quid piscator in monte quid agricul
tor in saxo quid in solitudine medicus
nil equidem. Et ideo in Liparia officina fa
brorum describit Virgilius quia aptior erit locus
sit quo fabri molliunt era. Restat superest de
nominibus eorum exprimere. Brontes enim ut dicit
Albericus dictus est a tonitru quod fit cum suf
flantibus follibus, quod etiam in eundem verberantibus
malleis. Sic et Steropes dicitur a fulgore qui
ex incendio nascitur. Pyracmone autem dicitur
ab incude talenti nomine sumpsisse eo quod pir
ignis agmon autem incus interpretetur. Et hec
eo hic attributa sunt nomina que ea armorum

Fabrica ferraria

oia sine adhibenda locis

Albericus

artificium exerceant. Non enim talia darent
nam vel templum seu palatium construenti
volunt. Postremo eo quod templum Iovi fecissent
quo Esculapius ictus est. Hos ab Apolline
interfectos. Hoc ego intelligo cum Apollo in
terpretetur exterminans et humoris expulsor
sit. Contigit enim sepe opifices tales si opus
tale continuent cito deficere eo quod tam labore
assiduo quam igne continuo arefactis desiccetur
humor et deficiat.

De Nausithoo duodecimo Neptuni filio, qui genuit Rexenorem et Alcinoum

Nausithous Pheacum rex, ut in Odissea
placet Homero, Neptuni filium dicit
et Peribee nymphe, de quo carmine plene ipse
describit paytis oopn ep Π Botaπo chau
iwp e potaxow p Th pιτo kaTie ei kouιTi pa
iRe iw phaota eih HdΠaoTaThεiτaThe
ae saHToow cyAe aopTor etc. Id est Nau
sitheum qui primo Neptunus terram
genuit et Peribea feminarum specie optima
iunior filia magnanimi Eurimedontis.
De hoc autem nil aliud reperitur nisi quod Rexe
norem et Alcinoum filios habuerit.

De Rexenore Nausithoi filio qui genuit Arethem

Rexenor filius fuit Nausithoi ut in
Odissea sic ait Homerus paytis oo l
etc. Id est Nausithous
genuit Rexenorem. Hic Rexenor ut idem dicit
Homerus coniugem sumpsit et suscepta ex
ea filia unica quam Arethem nominavit ab
Apolline percussus occubuit, puto febre ex
terminatus fuerit.

De Arethe Rexenoris filia et Alcinoi coniuge

Arethes ut in Odissea scribit Homerus
filia unica fuit Rexenoris frater
et Pheacum rex sumpsit in coniugem et ex
ea Nausitheam filiam et tres filios sus
cepit. Ad hanc Ulixes ductum consilio Pa
ladis transformate in effigiem talis
virginis a Calistone nympha veniens
naufragus accessit et multa illi misera
gratus exposuit et tandem honorifice ab
ea susceptus est.

De Alcinoo filio Nausithoi qui genuit Nausithaam et Laodamantem et alios et dictum

Alcinous rex Pheacum ut in Odissea
dicit Homerus filius fuit Nausithoi
regis et vir Arethes. Ad hunc autem in regno
sedentem venit Ulixes naufragium
passus et ab eo honorifice susceptus est.

homerus

lactancius

theodontius

eiusque coniugium Nausithee oblatum demum
data ingentia munera et navis qua illum
in patriam reportaret parata sociisque in-
nales (?) restituti.

De Nausithea Alcinoi regis filia

Nausithea filia fuit Alcinoi et Arethe
ut testatur Homerus. Que cum exis-
set civitate cum pedissequis suis iussitque
ad flumen lotum vestes factum est ut in-
veniret Ulixem naufragum nudum in litore et
frondibus arborum circumtectum et ab eo supplici-
ter exorata ut illi cibum daret et vestes pos-
tulatas concessit et inde illi suasit ut ad
patriam suam et ad regiam domum post se ac-
cederet. Uti postea factum extitit plene in Odis-
sea narrat Homerus.

De Laodamante et Alio et Clitoneo filiis Alcinoi regis

Laodamas Alius et Clitoneus filii fuere
Alcinoi regis et Arethe Homero
teste in Odissea. De quibus nil preter qualescunque
laudes inclite iuventutis eorum reperitur et quod
Ulixem una cum patre Alcinoo et matre
eorum honoraverint eique munera dederint.

De Melione XIII° et Actorione quartodecimo Neptuni filiis

Homerus

Melion et Actorion Neptuni fuere filii
ut in Yliade scribit Homerus. Inducit
enim Nestorem senem Patroclo dicentem
se adhuc iuvenem bellum gessisse adversus
Archades et multos interemisse. Et in-
Neptunus Melionem et Actorionem filios su-
os caligine occultasse eosque cum aliis
occidisse.

De Aone XV° Neptuni filio

Lactantius

Aon ut dicit Lactantius filius fuit
Neptuni et ab eo dictam affirmat A-
oniam. Quenquidem pars est Boetie. Theodonti-

Theodontius

us vero hoc idem asserit Aonemque dicit ex A-
pulia factione suorum pulsum navigio ve-
nisse Euboeam et inde se in Boetiam contulisse
ibique rudibus adhuc populis imperitans (?)
imperasse et illos Aonas una cum montibus
ex suo nomine nuncupasse. Ex quibus Neptuni
filius dictus est cum Ontheste (?) quidam dictus (?)
suum homo Apuli fuisset filius ex Cithara (?)
coniuge. — a poeta

De Mesappo XVI Neptuni filio 49 [illegible]

Mesappus filius fuit Neptuni ut dic-
it Virgilius At Mesappus equum do-
mitor Neptunia proles. Quem nec fas igne
cuiquam nec sternere ferro etc. Hic enim ut id

testatur Virgilius Turno adversus Eneam — Virgilius
auxilia duxit. Quem secuti sunt Fescennini
equi Falisci et qui Soractis habitabant mon-
tem et Ciminii silvas et lacus et insuper
Capenam. Hunc tamen dicit Servius per mare ad
Ytaliam venisse et inde Neptuni filium dictum eun-
dem et invulnerabilem ferro dictum eo quod num-
quam in bello perierit ab igne vero immunem
eo quod Neptuni filius qui deum constat esse
aquarum. Ab isto dicit Ennius poeta dic-
se originem ducere rc eiusque equorum domitorem
dictum quia Grecorum Attalia sint a Neptuno producta.

De Busiri XVII° Neptuni filio

Busiris Neptuni fuit filius ex Libia
Epaphi filia susceptus ut in libro
temporum ait Eusebius. Hic autem ut ait Augustinus — Eusebius, Augustinus
in libro de Civitate Dei regnante Danao
Argivis vel rex vel potius tirannus suis
diis hospites immolabat. Quem Servius ab — Servius
Hercule occisum dicit eo quod cum apud illum devenis-
set ut alios sic et eum voluisset occidere.
Et idem Servius asserit huius Busiris lau-
des ab Ysocrate descriptas.

De Pegaso equo XVIII° Neptuni filio

Pegasus equus alatus ut testantur
Servius et Lactantius filius fuit Neptuni
et Meduse in templo Palladis conceptus
ut Ovidius ubi de Medusa. Ovidius autem natum — Ovidius
dicit ex sanguine cadente ab exciso Medu-
se capite ut ubi de Perseo dicit Creditur hunc
esse tremendo cervice Meduse sanguine re-
spersi prosiluisse pennis. Qua Ovidii opinione
Fulgentius sequitur et Albericus. Hunc preterea
non solum velocissimum sed volucrem dicunt fuisse
eodem Ovidio teste hunc super nubes et sub-
sidera lapso celum pro terra pro pede penna
fuit. Eumque dicunt pede Castalium nisi
effodisse fontem ut idem sit Ovidius Fama
novi fontis nostras pervenit ad aures Dura
Medusei quem prepetis ungula rupit. Et
paulo infra Vera tamen fama est et Pe-
gasus huius origo fontis et ad latices
deduxit Pallas sacros. Et hunc insuper
dicunt Bellorophontem adversus Chimeram
monstrum euntem tulisse. Sic et Perseum
dum ad Gorgones iret. Anselmus vero
ubi de ymagine mundi huic equo quedam
addit que ab alio nemine dicta comperi. Di-
cit enim illi cornua esse et igneum spirare a-
nelitum et ferreos pedes ut totus monstro
sit similis. Illum postremo inter sidera loca-
ne Ovidio teste Iamque indignati nona

frena recepat ore Cum levis admas ungula fecit aquas. Nunc fruitur celo quod pennis ante petebat et nitidis stellis quinque decemque micat. Nunc hijs appositis que sensisse potuerint veteres exquirendum est. Ergo hunc equum famam rerum gestarum arbitror cuius velocitas percursum et volatum equum huius designat. Quod ideo neptuni et gorgonis dicitur filius quia ex gestis in mari seu terra fama oriatur ex fortitudinis autem nervis virtute fama debetur ex temerarie factis potius debetur infamia. Quod huic equo pedes sunt ferrei ideo puto ut demonstretur quod in circueundo numquam fame deficiat vires. Cornua vero apponuntur ei ut famosorum comprehendatur elatio sic et anelitus igneus ut gerulorum ferventi dicendi desiderium cognoscatur. Eum castalium effodisse fontem satis manifeste declarat quod cupidine fame atque glorie temporalis a nonnullis affectio ponitur ori ex quia quotiens optatum consequitur totiens fons castalius id est habundans dicendi materia oritur quam in poetarum commissis id est consecratus hic fons. Eum autem bellorophontem a perseum gessisse ad assumptas expediciones eo dictum dici puto quia cupidine glorie in id delati sunt quod egerunt. Seu ut quidam voluit ad id delati sunt navibus quibus alatus equus erat insigne. Albericus Albertus
signe donatur quod in celum versum .i. in noti-
ciam omnium fertur et non solum detestanda
infamie dedecus per ora virum fertur
verum attente vino mulier seseri ample-
xus quorumcunque dilabitur

De phedra minois filia et thesei filia coniuge

Phedra filia fuit minois et pasi-
phes ut satis veteri fama vulga-
tum est. Hec cum adriana sorore superato
minotauro cum theseo abiit et adriana
ut supra dictum est relicta eius facta est coniux
et ex eo peperit demophontem et antilocum.
Tandem cum theseus cum pithoo rap-
turus proserpinam descendisset ad inferos
ypolitum privignum amavit cuius sibi
dum consentire nollet ypolitus furore
incensa illum redeunti theseo accusavit
quod illi vim voluisset inferre. Quobrem
ypolitus iram patris effugiens fere ut
supradictum est ubi de ypolito ab equis distra-
ctus occisus est. Tamen cum eum occisum fama
ferret penituit eam false accusatoris
et theseo scelus confessa sum cum ense

ypoliti scripam transtulit Simus aut ea
dr laqueo finisse vita De deucalione
minois filio qui genuit ydumenem

Deucalion ut in yliade placet homero
Minnois filius fuit et ex qua matre
non habetur eius cum successor pluri(m)u(m) pt eum
ydumeneus eius filius rex cretensium fuit

De ydumeneo filio deucalionis qui
genuit orsilocum

Ydumeneus deucalionis fuit filius
homero teste hic cum grecis adversus
troianos bellum gessit Sane ut dicit servius
cum ylione deleto priam navibus repeteret
tempestate pro salute sua superis vovit
si enim in regnum suum sospitem reducerent
cedent se illis sacrificium exhibiturum ex
ea re que illi primo occurreret Qui cum cretense
litus teneret contigit ut ante alios filius
desiderio videndi patrem illi fieret obvius
Quem cum ut aliqui dicunt imolasset seu alii
ut placet imolare noluisset ob eius immani
tatem a civibus pulsus est Qua ob causam
cum naves reascendisset salentinum usque promontorium
calabrie vectus statuisset que ibi
de exilium agere haud longe a litore sibi
suis que pitiliam condidit civitatem

De orsiloco ydumenei filio

Orsilocus ydumenei fuit filius ut in
odissea scribit homerus ubi genea
logiam eius a Jove in eum usque describit
hic patrem ydumeneum in troiana expedi
cione secutus cum pro omne bellum sibi succes
sisset ad notum in exitum rei ob eius inso
lencia(m) dum obstaret totis viribus ne ex preda
capti ylionis sors debita daretur ulixi
ab eo occisus est De Sarpedone xxvii
Jovis filio qui genuit antiphatem

Sarpedonem homerus dicit filium fu
isse Jovis et laodomie filie belloro
phontis Cuius etiam Simus vestigia sequi
tur Augustinus aut aliter sentire videtur
dicens per eos annos scilicet regnante danao
argivis a rege xanto cretensium cuius apud
alios aliud nomen invenimus rapta perhibe
tur europa et inde geniti radamantus Sar
pedon et minos quos magis ex eadem muliere
filios iovis esse vulgatum est Alii dicunt hos
astery fuisse filios Et ob id ergo istum
non illum veror sarpedonem esse cum ille longe
superior fuit tempore Sed quia de illo nil legitur
satis sic apposuisse nomen et de isto que

legimus prosequamur hic igitur rex licie fu
it et adversus agamenonem et grecos par
tes troianorum secutus insignis armorum vir
fuit et multa memoratu digna pugnas
fecit ut per homerum scribit in yliade tan
dem a patroclo occisus est et iussu iovis
ab appolline de medio pugnantium subla
tum est corpus eius et flumine locum atque am
brosio respersum liquore et regia indutum
veste sunis que ad exequendum funus restitu
tum Quidam ante hoc figmenti modicum est nil
aliud vult nisi quod medica ope cadaver cu
ratum sit et unguentis ad conservacionem eius
unctum atque respersum

De antiphate sarpedonis filio

Antiphates filius fuit sarpedonis
virgilio teste ut dicit Et primum an
tiphatem is enim se primus agebat Theba
na de matre nothum sarpedonis alti etc. hic
ylione subverso in ytalia oneam secu
tus est et ibi adversus turnum bellum gerens
ab eodem occisus est — Virgilius

De radamanto vicesimo octavo
Jovis filio

Radamantus Jovis fuit filius et ut
Jovis voluit ex europa et regnante
danao argivis fratrum eusebium rex fuit licie hic
cum severus iusticie executor esset eum apud
inferos finxere poete culpas explorare
nocentium De quo virgilius Gnosius hec — Virgilius
Radamantus habet durissima regna castigat
audit que dolos subigit que fateri etc. De hu
ius origine et fictione senciendum est quod
de minoe dictum est

De archiseo vicesimo nono Jovis
filio qui genuit laertem

Archisius ut testatur ovidius Jovis fuit — Ovidius
filius de eo enim ovidius ulixe loquen
tem atque sua nobilitate explicante adver
sus aiacem paucis his verbis scribit
Nam mihi laertes pater est archisius illi Jupi
ter hic scilicet archisio De laerte archi
sii filio qui genuit Ethimenem et ulixem

Laertes ut visum est filius fuit
archisii hic anticliam antolici filiam
suscepit uxorem et ex ea suscepit ulixem et
sorores eius vidit que ulixem non sua sponte
adversus troianos euntem tanque diu vita
fessam laboribus traxit donec post longos
errores redeuntem cerneret et iniurias vlas

centem ~
De ethimene laertis filia
Ethimenes filia fuit laertis ut in o
dissea scribit homerus dicens. ΚΛΙ
ΚλιΚΡΥΤΑΡΥΤΤΕΤΑΙΒΚΥλιλΕΤΙΟΚΥΝ. ΗΤΗΡ
ΟΠΑΟΤΑΠ ΗΡΤΕ ΚΚΠΜΑΙΒΡΖẽ Id est simul
cũ ethimene longi pepli filia venabili
Quã in minore genuit filiorum scilicet
laertes ~ hanc ut in eodem patet libro
parentes tradidere in coniugem cinda qui
samnidis dictus est. De ulixe laertis
filio qui genuit thelematũ thele
gonum et auxonium ~
Ulixis incliti hõis apud veteres dubi
ũ genus est. Nam alij eũ sisiphi la
Servius tronis filium fuisse dicunt. Servius enim di
cit anticlia eius matrem ante nuptias cũ si
sipho eoli filio concubuisse et ulixem conce
Ovidius pisse. Quod illi apud ovidium aiax thelamo
nius concionans obicit dicens. Et sanguine
Theodontius cretus sisipho. Quod etiam theodontius asserit
dicens anticlia primo nupsisse sisipho et
iam pregnans eo relicto ad laertem venis
se et ex conceptu sisiphi ulixem peperisse.
Leontius Leontius vero dicit quod cũ nupsisset anthi
clia laerti et ad oraculum consultura iret
a sisipho latrone qui postea a theseo occi
sus est capta et oppressa est et pregnans
effecta ex eo concubitu ulixem peperisse. A
lij autem eum laertis filium dicunt. Inter quos
homerus est virgilius et inveterata seculorum
plurium fama testatur. Quorum ergo auctorita
tem sequentes ulixem laertis fuisse filium
dico. Hic fuit homo sublimis consilij et pre
Sagacitate ulixis. grandis ingenij fraude an virtute plus
valens incertum. Hunc multimodum persepe vo
cat homerus qui ad omnia vertere modum mul
ta quidem perpessus omnia mira multitu
dine superavit. Hic penolopem ycari filiam
mirum sumpsit in coniugem virtute et
corpore speciosissimam virginem et ex ea illico
thelemacum suscepit filium. Tandem rapta
helena a paride dum delectum grecorum faceret
Servius palamedes ut dicit servius ire ad troiam
fugere conatus est seminsanum simulans et
veniente ad ithaciam palamede animalia dissi
generis iugo iunxit ad aratrum et sale semina
re coeperat. Verum palamedes astuciam
ni suspicatus capto parvulo thelemaco ad
explorandam ingenij sui fraudem eum ara
tro opposuit. Ulixes autem viso thelemaco co
festim diverterit aratrum et sic cognitus

in expeditionem ire coactus est. In qua dyome
dis etholi amicicia sibi preveniente obsidi
one servavit. Et cum epitgema per captandis
ventis sub spe nuptiarum duxisset in sacrum
cum reliquis venit troiam ubi maxima cum
solercia ad obtinendam cepti victoriam o
portuna plurima operatus est. Nam ut dicit
theodontius suo opere factum est ut achilles a matre
apud filias licomedis in habitu virginali ab
sconditus inveniret et in obsidionem indu
ceret suo opere sagitte herculis absque quibus
troia capi non posse dicebant oracula re
perte sunt et a philotete eciam obtente et
ad troiam delate. Suo opere laomedonteus
cinis qui supra scea porta ylionis servabatur
caute sublatus est. Post hec ipse una cum
dyomede fatale paladium ex troia rapuit
sic et dolone perempto eque cum dyomede
explorator factus thesum tracie regem
obtruncavit nocte et albos eius equos an
quam xantum gustassent eduxit in castra
grecorum. Et non minus ut dicit servius habitu
tectus mendici hõis verbera noles passus
est ut troiam explorator intraret et copta
cum fide retulit semel cognitus ab helena.
Preterea cum florida plurimum valeret eloquencia
inter grecos et priamum regem pro concordia
legacionis officium gessit aliquando necnon
in medijs aciebus quantum valeret in armis
ondit sepissime. Sic et in concionibus
consilio grecos persepe iuvit. Simultates
habuit cum palamede eo quod in mutum traxisset
in bellum et frumentum portasset ex traci
a quod ipse missus facere voluerat. Quam ob rem
mortem eius machinatus est fraude ut servius
ubi de palamede dictum est. Quid ultimum credit
hunc prodicionem composuisse qua arte sy
nonis seu alia via ylion captus atque di
rutus est. Capta deinde troia pro armis
achillis in iurgium cum aiace thelamonio
venit et tandem illa adversus eum eloque
cia sua obtinuit. Et orsiloco regis cre
tensium filio ceso eo quod obstaret ne sibi pre
de troiane pars daretur ut reliquis dabatur
principibus et polisena occisa atque astianac
te saxo illiso naves in patriam rediturus
ascendit. Sed longe illa a voto contigit.
Multis quippe agitatus procellis in lon
gissimos errores atque pertinaciorum dece
nem euectus est primo autem procellarum im
pulsu ut ipsemet in odissea alcioni phe
cum regi refert ad cicones delatus est. Quos

cũ expugnass&

Cum expugnasset et ysmaron ciuitatem
omnem dedisset in predam paucis ex so
cijs perditis a lothophagos tempestate impul
sus est exploratoresque suos miserat cum
lotho gustato reditum non curarent detrusit
in siciliam inde delatus ubi antrum poliphe
mi ciclopis cum .xij. ex socijs intrauit ex qui
bus cum sex deuorasset ciclops obruto ei oculo
preusto fuste arietum pellibus inuolutus cum su
perstitibus socijs antrum exiuit ciclopis inde
delatus est eoliam ab eolio uentos in utre
coartatos obtinuit Et cum iam itachie pro
ximus esset soluto utre a socijs thesaurum cre
dentibus flante aduerso uento in eoliam rem
pulsus est Ex qua ab eolo pulsus naui
gans die septimo deuenit ad lestrigonas
quos cum haberet aduersos perditis nauibus socijs
que cum sola naue sua fugiens deuenit ad
circem Que cum exploratores eius mu
tasset in beluas ipse a mercurio suscepto
pharmaco ad illam accessit in pandis et
expedito gladio mortem illi minatus est
in ouestigio socijs primas reddet formas
Quod cum fecisset eius amicicia usus anno ia
transacto et thelegono ex ea suscepto fi
lio cum venisset in mortalitate ab ea cre
ditus de agendis alpenore ob violenciam
eius mortuo derelicto nauem conscendit et se
cundo uento impulsus nocte una ad oc
ceanum usque deuenit Quo pacto facto a
circe monstrato ad inferos habuit adi
tum ubi et anticliam matrem et alpenorem nup
precipitatum inter alios inuenit et de multis
futuris a thiresia uate certificatus est In
de reuersus ad nauem ad circem redijt et
sepulto alpenore et premonitus de futuris
a circe discedens deuenit ad insulam syrena
rum ad quas ne posset audire sociorum aures
cera obstruxit et se malo nauis alligari
iussit Et sic eis canentibus loca earum
preteriit in scillam transiuit atque caribdim
non absque magno periculo et pari omnium labo
re Et cum ad ea loca venisset in quibus
a nymphis solis greges seruabantur iussit
ne quis eos violaret Quod cum eo dormiente
famescentibus socijs suasisset euriloctus
et ex gregibus animalia plura sumpsissent
orta tempestate intollerabile impetu
in qua cum fracta naue omnes deperiissent
socij ipse solus et inde capto nauis
malo nouem diebus ab undis et vento agi
tatus est et tandem ad ogigiam depulsus

insula a calipsone nympha susceptus est
et ab ea septem annis detentus tandem
cum ab ea ergo discessum impetrasset et na
uem cum socijs obtinuisset neptunus infensus
eo quod ciginum filium eius occidisset in pugna
et troiam quam ipse construxerat demoliri
fecisset et ciclope filio suo orbasset ab
impetu maris fatigatum plurimo coegit ut na
ui demersa nudum se precipitem daret in
undas cuius natantis miserta leucotoe ve
lum illi prestitit suum cuius subsidio cum die ter
cia deuenisset ad litus et hostia fluminis pre
icum misisset reiecto velo in mare inter fron
des nemorum se nudum composuit ubi a nau
sithea filia alcinoi conspectus vestes acce
pit Et inde palladis ope usque ad acithi
alcinoi regis ciuitatem deductus est ubi
meruit dona suscipere et nauim et socios
qui eum usque ythachiam reducerent in qua dor
mientem cum donis deposuere Excitatus autem
a pallade premonitus de agendis in medi
cum senculum transformatus ad subulcos
deuenit suos apud quos thelemacum vidit
et alloquutus est tandem a subulco por
tario in patriam deducitur incognitus ubi
ipsa domo a procatoribus penolopis ignominiam
ossa quedam percussus est Et tandem ab
euriclia nutrice recognitus Inde ex composi
to arma cum filio et duobus subulcis con
fessus ulixem aduersus procatores assump
sit eosque grandi pugna omnes perimit Et
to theodoncius dicit eum illos oculis — Theodoncius
priuasse et in tantam reduxisse miseriam
ut in triuijs starent stipem querentes ob
uictum hinc visa penelope laertem sene
visurus accessit in villa postremo dicit
theodoncius eum varijs exterritum sompnijs
quorum cum interpretacionem quesisset habuit
in responsis ut sibi caueret a filio Qui re
cedens in loca abdita quantum potuit sop
morum portenta vitauit Tandem thelego
nus qui ei natus fuerat ex circe cum
eum quereres venisset ythachiam a dome
sticis fuit prohibitus Qui ut erat robus
ti uigoris iuuenis multos ex prohibentibus
occidit in fine ulixes in eum sitiferum im
misit telum quod cum euitasset thelegonus
eo reassumpto transmisit in patrem Ex quo
ictu cum se moriturum cognosceret ulixes
quis nam esset interrogauit Et cum ei nomen
audisset et patriam et filium cognouisset
cum premonstrata nequiuisset effugere diem

leontius

clausit. Leontius vero dicit eum casu a the
legono eum querente spina piscis veneno
sa tactum et inde mortuum. Longa equidem
huius hystoria est etiam sequente narra
ta et nonnullis inmixta fictionibus ex parte quibus
pars maxima in precedentibus ostensa est.
Et ideo videamus paucis que supersunt.
Et primo quid velint per ventos utre ar
gentea cathena ligatos et salutos a so
cijs vult quidem Homerus in odissea com
ponere bonum virum et inter alia volens os
tendere quid nobis nascentibus a divina

nota pulchram allegoriam

bonitate dono datum sit dicit ab eolo id est
a deo ventos id est concupiscibiles appetitus
datos homini in corio id est in arbitrio vi
rilis etatis quam fortis et constans esse debet
uti cuiusque homini est et hij sunt argentea
cathena ligati id est famosa clare virtu
tis sonoritate qua perfecto nonnulli longe
magis firmatum cliorio servant quam divini
in amoris intuitu habent tamen cathe
na socij ulixis id est sensus id est humani corporis
ignavia non racioni imperantes solutis
predam existimantes id est arbitrantes longe
meliorem et dulciorem vitam in volupta
tibus nulla coactis regula quam eis liga
tis in ratione solida hij tamen solutis
dum in hiant et in illa labimur lascivi
nia insurgunt tempestates animo id est rubo
res rephensiones conscientie rodaginati
ones fluctuaciones animi merores inopia
egritudines et mille malorum species que nos
a patria id est a quiete amovent. Misse autem
in occeanum et ibidem illi ad inferos iter
apertum sit satius arbitror ulixem ad la
cum averni in sinu baiano nocte una
navigasse et ibidem occiso alpenore ob
scenum illud peregisse sacrum quo manes
evocant ad superos et de quesitis huius
se ab immundis spiritibus responsum velim
autem ulixi naufragio a lentotoe prestitum
nil aliud fuisse arbitror quam spem immotam
qua evadendi forti servabat pectore hec
egit ne desperando periclitaret. Cum quidem
spem dum speratum obtinuisset retro reie
cit. Eum autem sepissime adiutum a palla
de est quia ab ipso eum adnectem sua instruc
tus multa excitavit prudenter et multa
egit sibi etiam oportuna. De thelemaco
ulixis filio.

Thelematus ulixis fuit filius par
vulus penelopi matri a patre relictus

cum multa a procatoribus matris perpessus
tandem unacum patre sumpsit ex omnibus
ultionem.

De thelegono ulixis filio

Thelegonus ulixis et circis fuit fi
lius. Cum dum grandis vide patrem
quereret eum incognitum occidit et in y
talia rediens tibur condidit ut ait

ouidius

ovidius. Et iam thelegoni iam menia
tiburis udi stabant argolice que posuere

papias

manus. papias autem dicit eum edificas
se tusculum.

De auxonio ulixis filio. Rubrica

Auxonius filius fuit ulixis ut scri
bit paulus longobardus ea in his

paulus longobardus

toria que de gestis longobardorum scripsit
dicens ab eo omnem ytaliam ausoniam
nuncupari. Titus livius autem aliter videtur
sentire in libro nono ab urbe condita
dicens aruncas vestimas civitates an
sonidum M. pellio et C. sulpicio consuli
bus ab eisdem proditione captas et fere de
letam ausonidam gentem et sic illa par
ticula ytalie fuit ausonia. Ergo hunc
auxonium puto eum latinum fuisse quem
circis et ulixis voluit quidam fuisse filium
ex marica nympha susceptum dicentes
cum teste servio marica dea sit litoris
minturnensium iuxta lyris flumen. Nos
autem et si multi ex some plures supersint
finem huic facientes libello paululum
quiescamus

Genealogie deorum gentilium
liber undecimus explicit.

xij

Genealogie deorum gentilium secundum Johannem boccacium de certaldo liber xij^us Incipit feliciter. In arbore precedenti cuius in radice positus est Jupiter tercius describuntur in ramis et frondibus posteritates octo filiorum Jovis predicti scilicet. Tantali. dyonisii. persei. aonis. Eaci. perlimini. mercurii. et hel- lenum. Prohemium.

Sa post longum peractum atque discursum Rex illustris et si iterum in finem non veneris concedit amicitie discretio anelos equos cursu dimo vere et illos aliquantisper fatigatos ex onere nexos capistro et recenti flumio atque florido recreari prato dum

ipse apud mertonarium hospitem potu sibimet partit et sompno et auctori insitito quasi omis agger romeux scissus no sit parte ad hunc diei supstite inigo bones solue et in qui etem et pastua me pmitte du ipse leni blan diente aura fusca sub nemoz umbra la satus cantu vidi duros conat oblimisti la bores necno et egregio belloz duca posito si canam fine certamis itu non sit fessoe sanguine tyrannes dato signo renocare mili tes ut et a pitulo cladis retraheat et res taurantis ocio viribz eos al in hostes acriores immittat Qme michi no ee fas dicit esto in fine inuose plis cretensis Jouis no veneri parte tn maxima recitata subsiste paulu lu et quasi ad certam veneri metam respi ce Nemo arbitror inste maiorem igit aliorz secutus no aliit qz si incertu insigne tim ini deuenisset labore actus in anxomitu litus qnius importuosu substiti arbitratus insuper qz bremoribz distingunt signis faci lius intellecu capit et tenatius memorie comendat ibidem du no fessos oculos in cir cuitu ducere cepi veteru gspettare vestigi a reru hinc eni vedes camechalchi diensi um opus dedali teplu e mesem tumulus atqz Julie aque admiratos tenebat aim et ex opposito marime vetus simaz hos pitum et ex marme excussa pchita dist hebat sit sonates reuolutoibz estuatium fluminu vultuun fauces atqz hiris fuci in nebule et luternu paludes exilio et morte aplissimi viri prium affricanum no bilitate et in conspen fere m. stamni v sulla suo ad hunc insignis noie atqz for maz fere deleta vestigia et longinsculu in nditibz mocui calen scelonates atqz campaine agri mira fertilitate conspi cui et sup eminentia agris opida suessa Theanu sidicinu casilinu thelesie et alia plura tam romanoz qz cartaginesiu mo nimeta necno e multa quaz longa ma gis qz utilis hinc operi eet histo o qua leta bor animo ytalia mea vide claris opibz no tantu equasse sz loquace supasse gre ciam veru cum jam breviu quiete retreatus anis vires in labore pmittet remittunt voles mare neclmolli et in frigia usqz deuectus sumpsi mente tantali aliorzqz quorunda ex filys Jouis plem exquire atqz descbere Quod ut patiam ille faciat cuius qui ad uitu virge sinitoris sui morsi sitienti po

pulo aquas affluenti emisit ex rupe

De tantalo xxx°. Jouis filio qui genuit nyobem et pelopem.

Tantalus ut dicit lattancius filius fuit Jouis ex plote nympha susceptus hunc dicit eusebius frigiu fuisse regem regnante erictreo athenis Et hunc ob rap tum gannmede bellu fuit aduersus troim dardanie regem et gannmedis prem vo lunt pterea hunc deos in convivio huisse eis qz ut experientiam deitatis eoz assumet occiso filio illu inebriatum disceptu coc tu qz apposuisse comededu Quam cu abhor ruisset cibu no solu abstinuere sed collectis in unu membris pueru in forma pristina reduxere et renocata p mercuriu ab inferis aia ea illi restituere sane cu aduertent hnmeroz deesse puero que deuorauerat ceres loco consupti eburneu refecere Tan talu aute deiere ad inferos taliqz dapna ne supplicio ut flumio ad os usqz demersus siti vexaret assidua Et dum os forte declinaret in potu aque flius eciā decli naret in tantu ne illas posset conti gere de sup aut arbores poma honustas addide que ad os eius usqz descenderent ipse tn urgenti pe tuna ptitus fame dum illa cape conaret se tadm extolle rent qz ipse dm ut contingeret laboraret Et sic fcm est ut int poma e aquas posi tus fame sitiqz innies depeat infelix ho Quit quid ex hys sentiend sit aduerte du et concesso eu Jouis fuisse filiu seu vexz seu ob aliqua silitudine attbutum Et que ad ganimede spettant ubi de ga nimede posita sunt Dico eu ob id dys fi liu apposuisse deu qz eu amarissimus homo fuit et rem domestica plurimi auge cunavit frumenta ex quibz popula rem exhauriebat pecuniam no aliit qz filiu diligebat que tuc dys apposuit du cultus agris inicit Junta quid sultis in conspetu supioz corpm fuit q eisd agetibz supis i frugis vemencia pristi na reassimunt forma veru hmnerus .i. semen deuoratus a cere .i. actu consuptus eburneus restaurat du in crescere se gete nutrimenti robur immetit Suppli cm aut huius ondit liquido auari hois detestabile vita Dicit eni fulgencius tantalu inpretari visione volente qd optime vnucuiqz competit auaro Non

eum amicum et amplam supellectilem congre
gat ut eis utatur quo primo ut illa intueatur
et cum pati non possit sibi quid boni ex
congestis diviciis facere eis ineptiis fa
me pelitatur et siti

De nyobe tantali filia et amphionis coniuge

Nyobes filia fuit tantali et taygete [Ovidius]
ut apud ovidium ipsa testatur dicens m
tantalus auctor Cui licet soli superum co
tingere mensas pleyadum soror est genitrix
mea etc. Sed salva reverentia ovidii pre [hic reprobat ovidium]
him⁹ non fuit tantalus ille qui amicus
deorum fuit Nam ille fuit homo pius et chorin
chiorum rex et tempore prior Lactancius autem [Lactancius]
dicit hanc filiam fuisse tantali et penolopis
hec ut placet theodontio nupta fuit am
phioni regi thebarum ut faveret amphion
partibus pelopis bellum gerentis adversus
enomaum elydis regem et pise ex quo am
phione ipsa peperit septem filios totidemque
filias Esto homerus in yliade tantum duode
cim filios fuisse dicat hec elati fastus
mulier sacrificantibus thebanis iussu ma
thonis filie thyresie latone cepit eos
arcere increpare verbis et se latone preferre
Quam ob causam indignata latona et filiis
questa factum est ut ludentibus filiis atque
filiabus in campis apollo filios et dya
na filias occiderat qui apud syphilone
monte fuere sepulti Nyobes autem orba
ta viro et filiis apud urnas eorum in la
pidem versa obriguit. De filiis et amphio
ne supra dictum est eam autem in lapidem versam
Tullius ubi de questionibus tusculanis [Tullius]
fictum arbitratur propter eius eternum in luctu si [Theodontius]
lentium Verum hanc fictionem theodontius ad
dit dicens eius adhuc statuam in sypilo
apparere lapideam et a deo tristem ut lacrimis
existimetur defluere quod preter naturam non est
potius quippe veteres ad memoriam miseris
infortunii superbe mulieris in sipilo lapi
deam apposuisse flentis mulieris statuam
et cum frigide complexionis sit lapis
surgentibus in eum vaporibus ex terra humi
dis lapidis frigiditate solvuntur in
guttas aqueas ad instar lacrimarum
et hinc forsan arbitrantur ignari nyo
bem adhuc flendo deficere

De pelope tantali filio qui genuit lisidicem atreum thiestem et phistenem

Pelops filius fuit tantali et taygete

et ut ait barlaam homo bellorum fuit et insignis
plurimum Qui cum apud frigias regnaret
bellum habuit adversus enomaum regem e
lidis atque pise Quod quidem memorabile
fuit et precipue maximum ut scribit tacchitides [tacchitides]
Belli causa dicit paulus fuisse hippoda [paulus]
miam enomai filiam a pelope dilectam at
que in coniugem postulatam et denegatam dicit
enim homines huius yppodamie multos fuisse
petitores ob insignem eius pulcritudinem
quibus ab enomao ea lex indicta est et id m
de secutum quod supra scribitur ubi de hippodama
Sed barlaam dicit non sic se habuisse negoti [Barlaam]
um cum primo cum pelopi videretur in humana condi
cio adversus enomaum arma movit et ma
gnis habuit inde convocatis subsidiis fraude
mirtili prefecti armorum enomai astucia
pelopis corrupti eum superavit et sic yp
podama et regno potitus mirtilum postula
tem proditionis premium deiecit in mare hinc
dicit Eusebius in libro temporum hippodamiam [Eusebius]
uxorem duxisse regnum preterit argivorum
regis anno xxiiij Qui mundi fuit annus
iiim dccclvij. Et paulo ante dicit regna
te lynceo argivis pelopem apud argos re
gnasse annis liij. et eos a suo nomine pelopo
nenses denominasse dicit etiam acrisio regna
te argivis pelope olimpius initium fuisse et
postea adversum ylium arma movisse cuius a
dardano expugnatum anno mundi iiim dcccc
lxxxj cum legatur diu ante fuisse dardanum
ergo autem tam discordantium opinionum verita
tem ignoro habuit ex yppodamia plures
fuere filii

De lisidice pelopis filia et electrionis coniuge

Lisidicem dicit lactancius ex yppoda
mia filiam fuisse pelopis et electrioni
nuptam ac ex eo alcmenam peperit her
culis matrem

De atreo filio pelopis qui genuit alcyonem melampum et Eviolum

Atreus pelopis et yppodamie filius
fuit Qui ut ex verbis senece poete
in tragedia thiestis percipi potest una cum
thieste fratre apud peloponesium regnavit
alternis tamen vicibus sed tandem inter eos nata dis
cordia est Cuius talem dicit lactancius fuisse [Lactancius]
causam Constat enim ut ostendimus a pelope
mirtilum mercurii filium in mare deiectum
atque necatum quod egre ferens mercurius
inter atreum et thiestem tantum iecit zizanie

ut hostes efficerentur. Insuper erat apud
atreum aries de quo sic Seneca in tragedia
Est pelopis altus nobile in stabulis pecus
Arcanus aries ductor opulenti gregis
huius per omne corpus infuso coma dependet
auro cuius e tergo novi aurata reges scep
tra tantalei gerunt possessor huius reg
nat hunc tante domus fortuna sequitur
tuta se posita sacer in parte carpit prata
que claudit lapis fatale saxo pascuum mu
ro tegens etc. Hunc habere cupiens thiestes
arbitratus est posse per concubitum meropis
atrei coniugis obtinere nec defuit sceleri locus
Nam ex ea et filios concepit et illam eripuit
viro ex quo in bellum venere fratres et pulsus
regno thiestes est. Sed atreus non contentus
fratris exilio illum ficta gratia revocavit et cre
dulo tres filios decoctos in convivio appo
suit et eorum sanguinem poculis mixtum
illi dedit in potum repletoque tam scelesto
cibo capita manusque natorum infelici patri
misit apponi atque quid comedisset dete
xit. Quod cum fieret aiunt sole surgente in
ortum retrocessisse scelus vide fugientem
Hunc tamen atreum ut dicit lactantius egistus
thiestis filius interemit. Aureum vellus in
hac historia fictum sic intelligendum arbitror
ut intellexisse videtur Varro ubi de agricul Varro
tura dum dicit pecudes propter caritatem au
reas habuisse pelles ut agnis atreus quam
sibi thiestem subtraxisse queritur etc. Vel po
cius quod ariete isto aurei velleris thesaurus
intelligendus est. Quo reges plurimum va
lent et absque quo oportunus sumptus ad
bella et ad splendorem regium sustentandum
fieri non potest. Sol autem in ortus suos revo
lutus eclipsim ea tempestate fuisse demo
strat. Que cum esset hominibus incognita mon
struosa visa est. Dicit tamen lactantius hanc
ab atreo methemus predictam et primitus ad
inventam cuius cum cerneret approbari deus thies
tes invidens ex urbe discessit.

De Alcone melapo et emolo filiis atrei.

Alcon melampus et emolus fuere
fratres et ut asserit cicero ubi de
natura deorum atrei fuere filii. Quos
dicit apud grecos inter discordes nominatos
quamobrem celebres fuisse viros credendum
est cum ex his fuerint castor et pollux de
cis nil autem amplius reperi.

De Thieste pelopis filio qui genuit tantalum phistenem apagigem pelopiam et egistum. Rubrica est hec

Thiestes pelopis et yppodamie fuit
filius cum adversum fratrem atreum
que dicta sunt supra fuerunt odia. Qui cum
iamdiu passus esset a fratre vindicte avidus
oraculum consuluit a quo responsum habuit ex
se et pelopia filia sua nasci posse qui fi
liorum ulcisceretur mortem quod cum audisset ut qui
erat in scelera et potissime in libidinem
pronus confestim in amplexus filie venit
et ex ea filium suscepit egistum qui postea
interfecit atreum stupravit clitemestram
et agamenonem etiam interemit.

De tantalo phistene et arpagige filiis thiestis

Tantalus phistenes et arpagiges
filii fuerunt thiestis ex coniuge atrei
suscepti ut per verba senece poete in trage Seneca
dia thiestis comprehenditur esto duos tan
tum nominet tantalum scilicet dum dicit primus
locus ne deesse pietati putes avo dica
tur tantalus prima hostia est deinde
nominat phistenem dicens quin ille ad a
ras phistenem sevus trahit adicit que
fratri etc. Tercium puerum vocat dum dicit
ferrumque gemina cede perfusum tenens
oblitus in quem rueret infesta manu
exegit ultra corpus ac pueri statim
pectore recepto ensis a tergo extitit
cadit ille etc. Tercium hunc puerum theo
donius dicit arpagigem interpatum
et sic ex eis preter patrum cenam et pre
ciam nil legitur.

De pelopia thiestis filia

Pelopia dicit lactantius filia fuit Lactancius
thiestis ex qua inire non dicit habuit
ut ipsemet lactantius asserit thiestes
visu de supradicto habito oppressit et ex
ea filius natus est quem ipsa rubore sce
leris confestim feris exposuit et sic appet
ob luxuriam thiestis non ob responsum
oraculi a thieste in concubitum filie itum
Responsum autem oraculi ad palliandam thi
estis ignominiam post cedem suorum ab e
gisto factam conceptum est.

De egisto thiestis filio. Rubrica

Egistus filius fuit ~~[illegible]~~ thiestis
ex pelopia eiusdem thiestis filia ut
ipsemet testatur in tragedia senece dicens
Coacta fatis nata fert uterum gravem
Me patrem dignum versa natura est retro etc.
Hic concito natus fuit a matre ob pudorem

ignominiosi (?) emissus in silvas deiectus est ut displicentius a beluis turpitudinis qui parentis sui atque matris patris et sororis viventis testimonium non prestaret. Sed aliter factum est. Nam seu beneficio pastorum seu sic permittente deo caprarum sponte contigit a capris uberibus prestantibus in silvis nutritus est et inde dictus Egistus ab ege, quod latine capra. Is tandem a suis cognitus et in regia deductus dum crevisset esset que in precio ab rege preelectus. Iam consciens seu patre impellente, quod magis credit ut Lactantio placet, Atreum occidit cum Thieste occupata regia successit. Tandem iam Thieste mortuo cum regerent Agamemnon et Menelaus et ob raptam Helenam in Troianum ivissent excidium Egistus ut Leontio placet suasionibus Nauplii in Agamemnonis ostentis Clitemestre devenit. Et postremo redeunte Agamemnone a desolatione Ylionis inmane ausus facinus illum favente Clitemestra trucidavit et regna Pelopis septem tenuit annis. Ad ultimum ab Horeste Agamemnonis filio una cum adultera Clitemestra nullo remanente ex eo superstite obtruncatus est.

De Phisthene Pelopis filio qui genuit Agamemnonem et Menelaum

Phisthenes ut ait Theodontius filius Pelopis et Ypodamie qui cum iuniores moreretur Agamemnonem et Menelaum filios suos parvulos commendavit Atreo fratri suo. Qui illos suscepit et in filios educavit et ob id abolita tractu temporis Phisthenis memoria Atrei filii dicti sunt et Atrides ab omnibus appellati.

[margin:] Nota quod Agamemnon et Menelaus non fuere filii Atrei

De Menelao Phisthenis filio qui genuit Hermionam et Megapentum.

Menelaus Lacedemonum rex ut Theodontio placet filius fuit Phisthenis et frater Agamemnonis. Hos Seneca in tragedia Thiestis videtur ambo tenere filios fuisse Atrei, in cuius persona sic ait: consilii Agamemnon mei sciens minister fiat et patris sciens Menelaus assit. Prolis incerte fides ex hoc petatur scelere: si bella abnuunt et gerere nolunt odia, si patruum vocant pater est etc. Et sic Atrei ex Merope videntur filii teneat quod mavult lector. Menelaus autem ut Eusebius ostendit in libro temporum Atreo et Thieste viventibus Lacedemonum rex dictus est anno mundi iii^m dccc lxxx xvii^o cum

[margin:] Seneca

[margin:] Eusebius

Agamemnon qui Thieste successit, secundum Hieronymum regnare cepit Mycenis anno mundi iii^m dcccc vii^o. Fuit huic Helena Iovis filia coniux quam anno primo regni Agamemnonis et secundum Eusebium decimo Menelai ut ait Dares Frigius absente Menelao qui ad Nestorem Pilon iverat pacis legatus missus ad Castorem et Pollucem rapuit ex insula Citharea sub opido Heleno ea eius consentiente coniuncta fratribus et Hermiona apud Agamemnonem. Dictes vero dicit illo tunc Menelaum cum Agamemnone Cretam iisse divisuros thesauros quos ibi deposuerant Atreus huius frater et ut fuere consilio Menelaus convenerunt (?) Grecis principibus veniunt cum frustra legationibus obsidione decennii repetita est Helena. Et post decennium fraude magis quam viribus capta Troia recuperata est et restituta Menelao. Priamum enim et Troianam intrasset (?) perdiam petitinus (?) tempestate actus ut scribit Eusebius ad tuorum regem Egypti quem Polibum appellat Homerus cum ea devectus est et a Protheo vate ut per Homerum patet in Odissea consilio sumpto postquam viii annis erasset in Lacedemoniam rediit Agamemnone dudum antecesso et illis forte diebus Egisto, quem tandem illi successerit quo vel qua morte diem clausit non invenitur.

[margin:] Dares Frigius

De Hermiona Menelai filia et primo et inde Horestis coniuge

Hermiona ut Ovidius testatur in epistolis Menelai fuit filia ex Helena. Hec ante Oresti filio Agamemnonis desponsata fuit, Pirro Pirrus cum occiso Agamemnone regiam occupasset Egistus et fugisset Horestes Andromaca olim Hectoris coniuge quam a Troia captivam duxerat Heleno concessa hanc Horesti surripuit et sibi coniugio copulavit. Attamen eo postea ab Horeste occiso in eius dem Horestis coniugium rediit eique peperit Horestem filium.

De Megapenti Menelai filio

Megapentes dicit Theodontius filius fuit Menelai ex Lidia captiva susceptus post raptam Helenam quod Homerus in Odissea testari videtur dum dicit: *[Greek in Latin letters, garbled]* Ti Kia beTTaeT tt
ep . aaf K Toco ttcf Tokoy btt potey Thayc b
Tocc b pToK butteoc Melabt b po tif Kdopa
Hep Haoβoy Topoy oy bbTeo ay pop bTTh
aTTe ιbTo pb yp aTTo Ttaaabaey ptt pbc
ιιααp tt ptth aocc bxbx byc ttaα lp ω ay

Tite gr̃ Jdest filio aut a sparte alecto
ris accepit filiam quam ipsi unigenitus
fuit fortis megapatis a serua helene
at dii filium non dedant posquam postea genuit
hermiona filia desideratissima Et sic per hos
patet etiam menelaum megapenti coniuge
dedisse filiam alectoris spartiatam cuius nup
tias celebrante thelemacus ulixis filius
veniens ex ythachia comperit

De agamenone phistenis filio. qui genuit ephigenia gysotheim laodice yphanassam electram alesiu et horestem

Agamenon phistenis fuit filius ut
hup et atreo a patre paruulus relic
tus fuit sub mitenarum rege et thiestis suc
cessor ut in yliade etiam sentire videtur ubi
de sceptro agamenonis multos descri
bit versus fere hoc dicentes apud troiam in con
cione grecorum presides agamenon sceptrum
tenebat quod vulcanus artifex fecerat illud
que dedit iovi saturnio postea iupiter con
cessit diactoro argiphonti hermas autem
rex dedit pelopi phisippo postea pelops
dedit atreo Qui moriens thiesti bellico
so reliquit quem thiestes reliquit agame
noni multis insulis et argo omni impera
ti etc. In quibus verbis non servatur gene
alogie descriptus ordo quem latinorum aucto
ritate describens secutus sum Cepit autem
regnare agamenon secundum eusebium anno
mundi iiii vii° Quo anno helena rap
ta est et grecia omnis in troianos incitata
pari omnium consensu congregatis in auli
de navibus exercitum imperator factus in bel
lum provexit clitemestra coniuge relicta ex
qua iam plures susceperat filias et a
pud troiam labores multos passus quo
rundam etiam principum simultates pertulit
quibus agentibus imperio depositus est et
illi pallamedes suffectus qui cum ulixis dolo
ris occisus agamenon maiori sua glo
ria in imperium reassumptus est quod iterum
nimia depositus Sustinuit preterea indi
gnationes achillis ob briseidam illi a se
sublatam Tandem capto ylione atque diru
to cum illi cessisset in sorte cum preda pri
ma cassandra priami filia naves in
priam redituris ascendit ubi tempesta
te actus fere per annum erravit ut scribit
homerus antequam devenerit in patriam Inte
rim autem ut idem testatur homerus egistus
thiestis filius cum tacite omnia occupasset

positis per litus speculatoribus et audito
ab eis agamenonis reditu viginti ex
amicis suis in insidiis posuit et ipse
cum comitatu reliquo ficta leticia illi
obvius factus est et ingens ei parauit
convivium in quo clitemestre consensu illum — a uxore agamenonis
cum sociis epulentem occidit Seneca autem — Seneca
poeta aliter de morte eius sentire videtur
eam in tragedia cuius titulus est agamenon
Dicit enim clitemestram acri dolore agita
tam quod cassandram agamenon secum traheret
Ergo autem credo commissi sceleris timore
et cum egisto adultero esto primo discorde
sed in concordiam ut percipitur revocato
ea die qua priamum intrauit domum parato
a clitemestra convivio et ipse agamenon
dum picta veste sublimis iaceret priami su
perbas corporis exuvias gerens ei detrahi
cultus hostiles uxor iubet et induere po
tius coniugis fide manu textos amictus
verum induta vestis exitu manibus ne
gat caput que laxi sinus claudunt sinus
et tunc hauriit trementi semivir dextra la
tus agamenonis cumque inficit veste i
ma involutum

De ephigenia agamenonis filia

Ephigenia agamenonis fuit filia
ut in agamenonis tragedia tes
tatur Seneca hanc tamen alii yphi
anassa vocant ut lucretius dicens Aulide
de quo pacto triviai virginis aram yphian
assai turparunt sanguine fedi hec ipsa
pulcritudine virgo fuit de qua fama
talem refert historiam grecis troiam ituris
cum ad auliden venisset agamenon
diane cervum occidit ignarus Qua ob
rem irata dea flatus ventorum removit
et ideo cum navigare non possent et peste
insuper sustinerent oracula consulta dixe
runt agamenonio sanguine dianam esse
placandam tunc cum ab ulixe per simulationem
nuptiarum adducta esset ephigenia et ideo ut
immolaretur esset altaribus admota numinis
miseratione sublata est cerva supposita
unde ovidius victa dea est nubemque oculis
obiecit et inter officium turbamque sacri vo
cesque precantum supposita fertur mutasse
micenida cerva etc. Virgo autem ut fama
asserit ad tauricam regionem translata
est et thoanti regi tradita et in dictione
dyane sacerdos effecta et cum secundum sta
tutam consuetudinem humano sanguine

inime placaret. Agnovit fratrem horestem
quem diu non viderat qui accepto oraculo
carendi furoris ea cum amico pilade colcos
pecierat et cum hijs occiso thoante simula
chrum sustulit absconditum face lignorum et sic
ad latonas dyana translata est ephige
nia reportante. Quid deinde de ephigenia
secutum sit nusquam comperisse memini. Quod
supra situm est dyanam loco ephigenie po
suisse cervam humanum fuisse artificium
credendum est quod ut preplo omnis agamenoni
eet obediens adinventum est cum scilicet filiam
inmolasse quam medio in tumultu sublata
ne frans aperiri posset in longinquam
regione transmissa et sub umbra sac
docii servata est.

De Crisothemi laodice et yphia
nassa filiabus agamenonis.

Crisothemis laodices et yphianas
sa agamenonis fuere filie et cli
temestre ut arbitror cum ex eis unam
quam mallet agamenon apud homerum
achilli offerat dicens ΤΡΕΙΣ ΔΕ ΟΙ ΕΙΣΙ ΘΥΓΑΤΡΕΣ ΕΝΙ
ΜΕΓΑΡΩΙ ΕΥΠΗΚΤΩΙ ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΗ ΚΑΙ ΙΦΙΑΝΑΣΣΑ ...
[illegible]
[illegible]
[illegible]
apata etc. Idest gener michi erat ho
norabo cum silem horesti qui michi unigenitus
nutritur habundancia in multa. Tres michi
sunt filie in atrio bene facto Crisothemis lao
dices et yphianassa. Leoncius tamen dicit hanc
yphianassa ephigeniam esse quod ergo non
credo. Quomodo enim dixisset agamenon
ephigeniam domi esse quam sciebat in sa
cro grecis querendis aut occisam aut a
libi clam delatam.

De Electra agamenonis filia.

Electra agamenonis et clitemestre
fuit filia ut liquido patet ex sene
ca in tragedia agamenonis in qua
percipitur quod ab agamenone troiam
eunte propria velitta sit domi hec cum pa
tre occisum cerneret strophilo phocensi
agamenonis amico clam commendavit
horestem et in matrem ob perpetratum scelus in
crepavit aspere. Quam ob causam clitemestra
iubente in carcerem reducta est. Quid
tandem ex ea secutum sit legisse non
memini.

De Alesso agamenonis filio.

Alesus filius fuit agamenonis ut
satis clare dicit Virgilius hinc aga Virgilius
menonius troiam nominis hostis Currus
mittit alesus equos etc. Ex qua tamen
matre susceptus sit in dubium vertitur. Nam
alii dicunt eum ex briseida natum alii ex
cassandra quod ergo non credo non enim ex cas
sandra natus potuisset adversus enea
fauisse tuo etate non paciente. Hunc theo
doncius arbitrari videtur cum clitemestra
sensisse adversus patrem et ob id et clite
mestre filium et patria pulsum. Quinquam cum
ex causa patriam liquerit in ytaliam
venisse Virgilius asserit et apud massi
cum campanie montem consedit at inde tamquam
troiam nominis hostis venit famamque adversus
enea partibus turnum. Ovidius vero ubi de fa Ovidius
stis videtur confirmare eum faliscos condidis
se et ob id dicit venerat atride fatis agi
tatus alesus A quo se dictam terra falisca
putat etc. Et posteritatis autem eius nulla extat
memoria.

De horeste agamenonis filio qui genuit
thisamenem Chorinthum et horestem.

Horestes agamenonis et clitemestre
fuit filius ut satis in precedentibus
ostensum est. Hunc dicit theodoncius hermio
na menelai et helene filia parvula ad
hunc desponsata est cum et ipse parvulus
esset. Hic tandem occiso ab egisto agameno
ne studio electre sororis sue a strophilo
phocensi clam inmicis subtractus et
asportatus atque servatus est querentibus
eum in mortem matre atque egisto. Qui cum
tractu temporis crevenisset captato como
do hermionam sibi iam a pirro subtractam
in ultione patrie cedis surrexit et egis
tum adulterum cum septem regnasset annis
unacum clitemestra matre occidit. Quo
facto aiunt confestum in furia devenisse
cum sibi videretur inimice occise matris ymma
ginem facibus et serpentibus armatam et ei
continuum inmitante exicium ut dicit
Statius armata facibus matris et serpenti Statius
bus atris Cum fugit ultrices quod sedent in
limine dire etc. Cum pilades strophili
filius qui tempore paterne cedis transfuga
nerat metus pernissa illi salute cum eo
ad aram dictine dyane in colcos confugit
et ibi resipuit horestes sunt omnes quod ab

infestao. tali iuvenem Et sorore cognita ephi
genia que ibidem dee sacerdos erat occiso
thoante rege et simulacro dee rapto atque
in fasce lignorum delato secundum quosdam regnum
redijt fraude macharei sacerdotis pirrum achi
lis filium in templum apollinis interemit
et sibi hermionam coniugem reassumpsit
Alij vero volunt eum antequam in regnum re
dijsset in ytalia devenisse et haud longe
a roma apud ariciam dyane simulacrum
collocasse et ipsa statuisse sacra Sed quam
quam hoc sit cum post occisum egistum re
gnasse annis xv. affirmat Eusebius in — Eusebius
libro temporum et anno xv° regni demopho
tis regis athenarum occidisse pirrum Soli — Solinus
nus vero in libro quem de mirabilibus scripsit
dicit eum post occisam iuvenem coniugem her
mionem in omne casu habuisse sociam
Qui autem diem clausisset etiam in dubium
vertitur cum dicat Servius ossa eius iam — Servius
Roma condita ab aricia Romam transla
ta et sepulta ante templum saturni quod
est ante clivum capitolinum iuxta concordie
templum Solinus autem ubi supra dicit quod
olimpiade . lviii.a ossa eius a spartanis
oraculo moniti tegee inventa et tante
magnitudinis fuisse ut impleret longitu
dinem cubitorum . vii

De thisamene horestis filio

Thisamenus ut scribit eusebius filius
fuit horestis et ei successit in regno

De corintho horestis filio — Rubrica

Corinthus filius fuit horestis ut
dicit Anselmus eo in libro quem — Anselmus
scripsit de ymagine mundi in quo asserit
eum corinthum achaie civitatem fecisse
et suo nomine nuncupasse Et hoc idem af
firmat Gervasius tillebericensis quamquam isto — Gervasius
nomine fuerit autores non tamen itunc fuit civi
tatis preterea et ysidorus in libro ethimo — Ysidorus
logiarum dicit Corinthum in achaia condi
dit corinthus horestis filius Ergo ante
conditam non credo sed forte restauratam
eis sevit eusebius in libro temporum eam diu — Eusebius
ante a sisipho conditam et ephiram appel
latam

De horeste horestis filio

Horestes ut solinus de mirabilibus — Solinus
mundi testatur filius fuit horestis
ex hermionia et ab eo affirmat populos
qui horestides appellant denominatos dixis
sit Aiterus preterea matricida cum ab
sessus longius destinasset natum sibi
in emathia parvulum de hermiona quam
in omni casu sociam adsciverat hunc ma
daverat occulendum adolevit in spiritum
regium sanguinis nomine patris sui referens
occupato quicquid est quod concedit in ma
cedoniam sinum et adriaticum salum tiram
cum imperitavat horestiam dicit de hoc
ego nil ultimus legi In longa tamen poste
ritate devenisse suos creditum est adeo
ut affirmet trogus pompeius pausaniam — Trogus
philippi regis macedonie occisorem ab
horeste duxisse originem Sed quibus me
dijs vetustate agente

De dyonisio tricesimoprimo iovis filio

Dyonisius ut in libro de naturis
deorum scribit cicero iovis et lune fuit — Cicero
filius Qui est idem cum bacho dicens si no
cent in matre dissimiles Cum ipse idem
tullius ei fieri orgia arbitretur possibile
tamen est ut sit sit fictione imitata dum
modo utrumque pro uno non pro homine assuma
mus Nam iupiter et calor diei et luna
rore et humitationes nocte vires fovet
et ad momentum atque maturitate uvas
deducunt Et sic hic est quoniam cultus co
litur nisi alio ex parnasi montibus ver
ticibus bacho eo quod invictis ludet conse
crato et dicet dyonisius quasi iussi deus
Nam dyos grece latine deus sonat

De perseo xxxii.° iovis filio Qui genuit gorgophonem stelenum et brachemonem

Perseus quem veteres totius nobili
tatis grecie prem opinati sunt Io
vis et danes acrisij fuit filius unde o — Ovidius
vidius non putet esse deum nec enim Iovis
reputabat prole quam danes pluvio con
cepat auro et cetera Qualiter autem ex Iove
et dane natus sit ubi de dane in precede
tibus videri potest Iste autem iam grandis ut di
cit lactantius polidecti regis imperio in gor
gone expeditione assumpsit habuit
quod pegasum alatum equum et pallidis e
giidem et talaria ensemque mercurij vo
latum quod cepit exaphesantiam modo ut vest
statius ibi mons erat andati sedit — Statius
tus metha dorso Et infra p. v. vers
Una quidem gorgone pretenso cecide

pallantheo vidit ipmne atque considerant
et vicit eique caput abstulit et athlan
te rege sibi denegante hospitium ostenso
gorgonis capite mutavit in saxum inde
remeans in patriam cum ex excelso vidisset
in sirio litore civitatis regia cephei andro
mede virginem alligatam iuris crimine et
amonis sententia scopulo et sic monstro ma
rino expositam flentes quoque parentes in litore
evolavit illuc et cognita causa cum parentibus
pactus est coniugium virginis si illam a
belua liberaret quod factum est. Nam dementem
interemit inde celebrante eo nuptias cum
phineus cephei frater cui ante sanam puella
desponsata fuerat eam repeteret et vi cona
retur tamquam suam auferre bellum adversus eum
movit. Et cum multos ex hostibus occidis
set reliquos capite gorgonis ostenso conver
tit in lapides. Post hec patruum avi sui
pretum qui acrisium regno pepulerat transfor
mavit in saxum et regnum avo restituit. In
persas preterea bellum intulisse ferunt et in
eodem liberum patrem adversum se consistentem
in prelio occidisse subactaque nationem
a se denominasse ibique persepoli regiam civi
tatem edificasse quam postea ut scribit
Quintus curtius — quintus curtius ubi de gestis Alexandri A
lexander macedo vino calens et epulis
demoliri fecit. Attamen acrisium avum ut
dicit lactantius in lapidem commutavit
Et inde dicunt cum una cum cepheo et cassi
opia atque andromeda coniuge in celum
fuisse assumptum et inter celi sidera colloca
Anselmus — tum ut de ymagine mundi testatur Anseli
mus dicens huic coniungitur cepheus rex et
cassiopia uxor eius cui associatur perseus filius
Iovis et danes huius uxor sed sidus andromede
etc. His appositis ad sensum fictionis veni
endum est. Persea equo pegaso vectum fame
cupidinem tractum demonstrat. Alii tamen
volunt eum ad transfretandum navi usisse nam cuius
insigne vel nomen fuit pegasus. Scutum
palladis accipiendum reor pro prudentia
qua et hostium acta consideramus et nos ipsos
ab eorundem insidiis telis quoque protegimus
Mercurii talaria velocitatem et vigilan
ciam in agendis significare reor. Sic et
ensis recurvus et a parte exteriori a
cutus ostendit quam bellorum tempore et predas hosti
um quas nos trahere debere eos quoque a nobis a
movere cedibus. De gorgone autem et athla

te satis in precedentibus ubi de eis dictum est.
liberasse autem andromedam a belua historiam
reor cum et in cosmographia dicat pomponius — Pomponius
Est Ioppe ante diluvium conditum ut ferunt
ubi cephea regnasse eo signo accole af
firmant quod titulum eius fratrisque phinei ve
teres clamare cum religione plurima retinent
quin etiam rei celebrate carminibus ac fabulis
servateque a perseo andromede clarum vesti
gium marine belue ossa immania ostentat
hec ille. Preterea et Ieronimus presbiter in libro — Ieronimus
quem de distantiis locorum composuit dicit
Ioppe oppidum palestine maritimum in
tribu dan ubi hodie quoque saxa monstrant
in litore in quibus andromedam religata
persei quondam viri sui fertur liberata fu
isse subsidio. hec Ieronimus. Plinius vero inter — Plinius
scriptores celeberrimus homo scribit belue cui
dicebatur expositam fuisse andromedam
ossa rome apportata ex oppido iudee Iop
pe ostendit inter reliqua miracula in edilita
te m. scauri longitudine pedum xl al
titudine costarum indicos elephantos ex
cedente spine grossitudine sexquipeda
li. Quod autem perseus hostes et patruum in saxa
vertisse capite gorgonis ostenso nil aliud
puto nisi quia victos divitiis gorgonis
tacitos illos reddidit et imbelles. Acrisium
autem avum constat per Eusebium in libro tem — Eusebius
porum aliter saxeum effecisse nam ab eo non
sponte occisus est. Et sic frigiditate per
petua lapidi similis factus est. Perseum in ce
lis a septentrionali plaga stellificatus
liceat sinam tullii ubi de quibusdam tuscu — Tullius
lanis sequedam puto quam de eo et reliquis
ait. Nec stellatus cepheus cum uxore genero
filia traderetur nisi celestium divina cogni
cio nomen eorum ad errorem fabula tradu
xisset hec tullius. Ceterum de tempore eius
ambigitur cum scribat eusebius eum occidisse
gorgonem Anno mundi iii^m. dcc. xxxiiii.
Inde hoc eodem anno secundum alios dicit eum
cum coniuge in celum raptum paulo post dicit
anno ii° regis cicropis qui mundi fuit
iii^m dcc lvii eum gorgone occiso adversus
persas dimicasse. Nec multo post scribit
anno xxxv° regni cicropis acrisium
ab eo mortuum et argivorum regnum in
micenas translatum quod ergo verum puto
cum magis tempus conveniat rebus gestis

De gorgophone persei filio · Cm

Genuit elettrionem et alceum

Gorgophones teste lattancio filius fuit
persei ex andromede coniuge de quo nil
aliud habemus nisi quod genuit electonem et
alceum

De elettrione gorgophonis filio qui genuit alcmenam

Electon ut lattancio placet gorgophonis
fuit filius ex quo nisi alcmena fili
am habemus nudum nomen nobis liquisset
antiquitas

De alcmena elettonis filia et amphi triones coniuge

plautus Alcmena ut dicit lattancius filia fu
it electonis quod et plautus in amphit
ap. herculis rione testatur dicens quin cum altumena e
nupta electonis filia etc. hec idem ut idem
et ibidem dicit plautus nupsit amphitrioni
thebano et a Jove dilecta est et in specie amphi
trionis viri sui ab eo oppressa herculem peperit
ut in sequentibus ubi de hercule dicetur latius

De alceo filio gorgophonis qui genuit amphitrionem Rubrica

Alceus ut ait paulus filius fuit gor
gophonis matris filii fama cognitus
apud nos quam splendore suo Nam ut aiunt
pater fuit amphitrionis

De amphitrione filio alcei qui genuit yphiclem

Amphitrion ut paulus ait filius fuit
alcei homo armorum insignis ut plau
tus in comedia eiusdem amphitrionis ondit
huic coniux fuit alcmena cum qua thebis mora
batur ubi dum ipse pro thebanis adversus thelo
boeos bellum gereret Jupiter eius in specie alc
mene oppressit et ex ea suscepit herculem
amphitrion autem eodem partu ex ea suscepit y
plinius phiclem placet preterea plinio in libro natura
lis historie huius fuisse inventum ostentorum at
que somniorum interpretationes

De yphicleo amphitrionis filio qui genuit yolaum

Yphicleus ut scribit plautus in amphi
trione filius fuit amphitrionis et alc
mene eius quod cum hercule uno partu editum
dicit verum yphicleus post nonum concep
tionis mensem natus est hercules autem una
augustinus secum natus septimo non perfecto Quod augu
stinus ubi de civitate dei concedens videtur
quod mulier possit diversis temporibus diversos
concipere

De yolao yphiclei filio Rubrica

Yolaus ut solinus de mirabilibus mundi
asserit filius fuit yphiclei hunc ut
de ait solinus sardiniam ingressus pa Solinus
lantes incolarum animos ad concordia eblandi
tus albiam atque alia greca opida construx
sit yolenses ab eo dicti sepulcro eius templum
addiderunt quod imitatus virtutes patris ma
lis plurimis sardiniam liberasset hec ille
fuere tamen et alii yphiclei

De stelleno persei filio qui genuit Euristeum

Stelenus ut placet homero persei
fuit filius et andromede Nam in homerus
ylia de homerus describit agamenonem
contionantem et euristei genealogia desi
gnantem asserentemque stelena fuisse persei
filium et euristei patrem Je quidem ut dicit
eusebius in libro temporum translato argivorum Eusebius
Regno a perseo incenis post perseum re
gnavit qui non reperitur nam mortuo acri
sio qui xxxj annis regnavit imediate
sequitur initium regnum euristei quinque tamen
interpositis annis eo quod stilus euristeo regna
te sepius comperio stelenum xl annis
micenis regnasse ubi hii perditi sunt in
venire non possum

De Euristeo stelleni filio

Euristeus stelleni filius fuit ut pre
monstratum est de natiuitate cuius talem
refert homerus fabulam Cum die quadam Jupiter
apud superos dixisset die illa nasciturum
hominem qui omnibus circumiacentibus dominaretur
Juno id fecit juramento firmari et con
festim descendit in terras et retinuit li
chiam quam nos lucinam dicimus deam par
turientium apud uxorem stelleni pregnan
tem jam septem mensium et ex utero eius
eduxit filium septem mensium qui vocatus
est euristeus Erat quidem ea die nasciturus
hercules sed alcmena ob retentam parturien
cium deam peperisse non potuit Et sic factum
est quod de hercule Jupiter intelligebat verteretur
in euristeum qui postmodum aliis et her
culi etiam imperavit Regnavit quidem micenis
annis xlv et successore moriens reliquit
atreum Fabula autem hec ab eventu sibi
locum indicavit cum viderent homines euris
teum herculi fortissimo virorum imperante

De bachemone persei filio qui genuit achimenidem

Bachemo lattancio teste persei fuit
filius et andromede et ut ipse idem
dicit apud quosdam orientales populos i
perauit qui ab achimenide eius de bachemo
ne filio ut dicit theodonti⁹ achimenides
postea nuncupati sunt Qui appollini sacro
rum ritus invenisse se asserunt Est autem apud
eos sol in speleo posito in habitu cum thiara
et utrisque manibus comprimens cornua bo
uis puto ad imensam eius potentiam oste
dendam

De achimenide filio bachemonis
Qui genuit ortamum

Achimenides ut dicit theodonti⁹ filius
fuit bachemonis esto sint qui uelit
eum fuisse filium persei hic autem achime
nijs populis imperauit eosque a suo nomine
nuncupauit et moriens successorem ortam
um filium dereliquit

De orthamo filio achimenidis
Qui genuit leuchothoem

Ortamus ut supra a theodontio dictum
est filius fuit achimenidis cum coniux
fuit eurimone speciosissima mulier ex
qua filiam unicam leucothoem suscepit
quam quia soli se diligenti paruerat uiuam
infodit

De leuchothoe ortami filia

Leucothoem filiam fuisse ortami et eu
rimonis testatur ouidius in maiori uo
lumine ubi dixit quod eam summe dilexit phebus
et in formam uersus eurimonis matris eius
noctu accessit ad eam et licentiatis muli
eribus sine tamquam secreta secum locutura
in formam propriam rediit et patiente conpres
sit Quod cum clicie que ante diligebatur
a phebo ad aures deuenisset zelo percita
confestim ortamo accusauit qui iratus
atque seuerus nimium uiuam sepeliri iussit
phebus autem cum illi uitam restituere nequi
ret eam in uirgam thuream uertit Huius
fictionis ratio talis a quibusdam redditur puel
lam ob adulterium cum splendido iuuene perpetratum
iure sabeo uiuam defossam et cum
eo in loco forte uirga thurea nasceretur
quarum habundantissima regio est solis uir
tute e sinu terre in altum deducta locum fabu
le adinuenit Ortum autem apud achimenidas
locum puto cum sit nomen uel fuit leuco
thoe qui quidem thure habundet ab incolis a

sole dilecti dicitur qui in matris forma trans
formatus .i. in complexionem ad nutiendas
thureas uirgas oportunam ibi descendit
et humiditati terre miscuit adeo ut qui uiuas
plantas ibidem apponat confestim in al
tum educat

De eritreo persei filio

Eritreus seu eritra ut placet solino
de mirabilibus mundi filius fuit persei
et andromede et in confinio rubri maris
regnum habuit esto sint qui dicunt eum egipti
fuisse regem de quo idem solin⁹ scribit sic Solin⁹
ultra pelusiacum enim hostium arabia est ad
rubrum pertinens mare quod eritreum ab eritra
rege persei et andromede filio non solum a co
lore appellatum a uarro dicit hic ille hic eri
treus apud arabes maxime fuit auctori
tatis adeo ut morienti in quadam rubri ma
ris insula ceteris famosiorem insigne pluri
mum sepulcrum construerent eumque loco dei
colerent et ab eo rubrum mare denominarent
eritreum quo nomine adhuc greci uocant eritra
talasson Nam thalasson grece latine sonat
mare de posteritate huius nil habemus

De perse persei filio

Persen filium fuisse persei in li⁰ naturalis
historie testatur plini⁹ de quo nil aliud
comperi preter quod idem plini⁹ asserit eum scilicet pri Plini⁹
mum sagittarum repertorem fuisse quod forsan a
pud suos uerum est cum apud alias naciones
illas longe antiquiores legerim⁹

De aone prometheus filio qui genuit dymantem

Aon ut paulus ait iouis fuit fili⁹ ex
nympha incerta a quo dicit boetia
aonia nuncupatam que ibi regnasset Nos
autem lattancij auctem secuti neptunii fili
um scripsim⁹ Quem theodontius factione suorum
ex apulia pulsum et onchesti fuisse filium
et in boetiam uenisse dicebat et ibidem neptunum
patrem quesisse et prouinciam de suo nomine nun
cupasse nullum tamen illi filium designabat ubi
paulus filium suum fuisse dymantem asserit

De dymante aonis filio qui genuit
asyum et alicitem

Dymas ut dicit paulus filius fuit ao
nis et asii atque aliscitis pater nec aliud
de eo legi

De asyo dimantis filio

Asyus filius fuit dymantis ut in hi
lyade scribit homerus dicens a euor homer⁹

[Greek text]
[Greek text] id est
asyo qui auunculus erat hectoris bellicosi
frater hecube filius dymantis etc.
quantumcumque homer⁹ dicat fratrem fuisse hecube
et auunculum hectoris dicebat leonti⁹ ex parte
matris fuisse quia ex eadem matre asyus et hecu
ba nati fuerunt sed ex diversis patribus hic autem
adversus grecos priamo favit

De alixotre dymantis filia nupta esaci

Ouidius Alixotre filia fuit dymantis ut testari
videtur ouidi⁹ quamvis est illi plerumque
genitor dymantis esacon umbrosa furtim
pepisse sub yda fertur alixotre etc. hec igitur
ex priamo peperit esacum qui postea in mer
gum versus est.

De eacho xxxiiij° iovis filio qui ge
nuit phocum thelamonem et peleum

homer⁹ Eacus iovis fuit filius et egyne ut in
yliade dicit homer⁹ [Greek text]
[Greek text] id est peleus eaci
des illi autem eacus erat a iove pater. Qualiter
autem iupiter egynam oppresserit supra dictum est. Ubi de
egyna huius insuper dicit ouidius regnasse
se apud enopiam quam ipse ex nomine matris vo
cavit egynam in qua cum peste defecisset homi
nes et ipse in sompnis vidisset quercum plenam
formicis nunc sursum nunc deorsum deambulanti
bus sibi dormienti visum est orasse iovem ut
omnes formice quas videbat homines efficerentur
quod et factum est et sic eius est restaurata ci
vitas et cives mirmidones appellati Nam
mirmex grece latine formica est. Hunc
preterea dixere veteres apud inferos cum mino
e et radamanto culpas hominum exquirere et pune
re culpas inferre. Sub hiis autem fictionibus
tis latet hoc primo civitas eius evacuata ci
vibus peste ex agricultoribus restaurata est
qui more formicarum estate messes ex agris
et alia oportuna colligunt ut hyeme fame
non pereant hos autem ipse legibus instruxit et
vivere coegit et hinc iovis dicitur esse filius
et apud inferos iudex Nam pro respectu
ad supercelestia corpora mortales inferi
sunt.

De phoco Eaci filio

Ouidius Phocus eaci fuit filius ut pro ouidium
scribit dum legitur expetit occurrit
illi thelamonque minorque Quam thelemon
pelens et proles tertia phocus etc. hic a
peleo occisus est

De thelamone Eaci filio. Qui

genuit ayacem et theucrum

Thelamon eaci fuit filius frater ma
ior natu Quem servius ex argonautis
dicit fuisse et herculis socium Et cum a
colcos reverteretur quereret que hercules ylam
puerum perditum apud misios et ad troianum
devenisset litus prohibitus a laumedonte
indicto illi bello congregatis urbibus adversus
eum rediret tamquam suscepte iniurie prin
ceps thelamon una secum venit et ylione ex
pugnato atque laumedonte occiso eo quod primus
civitatis muros ascendisset illi ex preda
capta hesiona laumedontis filia data est
ex qua cum iam ex alia suscepisset ayacem
theucrum suscepit hic enim seu pulsus seu
non susceptus in patria in ciprum abiit et sa
laminam ibi condidit civitatem

De ayace thelamonis filio

Ayax bellicosissim⁹ homo thelamonis
fuit filius hic cum aliis grecis ad de
lendam troiam arma sumpsit et ut reliqua que
in certaminibus miranda fecit omittam singu
lare certamen adversus hectorem arripe an
sus est et si homero fides ulla prestanda est
in illud minimum festina nox diremisset
victor ayax redisset ad suos. Ea tamen super
veniente cum illi vetusto more hector donas
set gladium et ab eo baltheum suscepisset
recens ayax et diosius discederet fessum hec
torem troiam remisit hec dona secundum ser
vium nephasta fuere cum eo se gladio postea
interemit ayax et cum baltheo ab achille
occisus sit hector ayax autem ylione capto
atque diruto de armis achillis primo mortuo
adversus ulixem ingens litigium habuit ta
dem cum cerneret virtute bellica eloquentie
cedere in furorem versus eo se quem ab hectore Ouidi...
susceperat gladio interemit Et ut ait om
dius in florem sui nominis versus est In quo
nos docet antiquitas nostras vires caduci
floris more in nichilum facile solvi;

De theucro thelamonis filio

Theucer filius fuit thelamonis ex
hesiona laumedontis filia Quem non
videt thelamonis fuisse quamvis cum homer⁹
aliquando in yliade dicat theucrum fuisse no
thum hic tamen insignis homo fuit et armorum va
lens et una cum fratre ayace iuit in troia
num bellum eo tandem patre cum absque fratre re
disset in patriam non susceptus secessit
in ciprum et ibidem salaminam civitatem
construxit et inde residuum habitavit Qui

ergo verius puto quam quod de thelamone superius scrip-
tum est.

De peleo filio Eaci qui genuit polidorum et achillem

Peleus eaci fuit filius et magnus vi-
vens interfuit rebus. Nam cum melea-
gro in venatione apri calidonii accessit.
Sic et cum perithoo adversus centauros
pugnavit. Ovidius quippe fuit tethis aquarum
dea quam Jupiter amavit sed eius concubitum
neglexit quia oraculo noverat ex ea filium
nasciturum qui maior esset patre. Verum quid habet tamen
obtinendi audacia vires quam fuere optime. Nam
cum peleus consilio prothei senis ea die quadam
cepisset ipsa in varias mutata formas ab
eo exivit ut dimitteretur ab eo. Cum in ad pro-
theum rediens ab eodem sibi suasum esset ne muta-
tiones illas timeret quia si fecisset ipsa de
sidio suo cederet peleus die sequenti cum dormi-
entem eam in antro comperisset cepit illam.
Ipsa vero more suo in varias versa formas
cum eum tenentem sentiret in propriam rediens
in coniugium eius consensit. Porro Jupiter ad
earum nuptias omnes convocavit deos preter dis-
cordiam quam indignans cum cerneret Junonem
palladem et venerem invicem ex parte una seden-
tes sumpto aureo malo illud inter eas pro-
iecit dixit quod digniori detur. Ex quo confes-
tim inter eas sedicio orta est cum unaqueque se
digniorem diceret. Et cum de hoc Jupiter inter eas
nollet ferre sententiam ad paridem qui in silva
yda morabatur misit eas. Is vero ob promissam
sibi a venere speciosissimam mulierem spretis
aliarum oblacionibus veneri tamquam digniori pomum
dedit. que illi raptum helene concessit ex
quo subsecutum est troianum bellum et occisus
achilles qui ex nuptiis illis ad quas vo-
cata non fuerat discordia natus est. Et sic
expiata iniuria. peleus igitur ex tethide su-
scepit achillem et polidoram puellam. Deinde
cum phocum fratrem occidisset exilium abiit seve
in patris iubente iusticia. Et primo ad ceyim
regem trachinie aufugit a quo amicabiliter
susceptus est. Inde postea discedens ad ma-
gnetas abiit ubi ab acasto fraterna cede pur-
gatus est. Quid inde subsecutum sit nescio.
Nunc quid sentiendum sit ex fictionibus
advertendum est. Tethis nobilis fuit mulier
cuius in nativitate visum est ex ea nascitu-
rum hominem qui patrem virtute superaret. Et
ob id chiron pater eius varia secum et plurima
volvit consilia antequam illam concederet et huius

argentibus petens eam peleus primo repulsus
est. Et sic consiliorum variationes mutatio-
nes formarum techidis fuere. Tandem cum iterum
peleus peteret post multa patris consilia ibi con-
cessa est eius in nuptiis id est in procreatione
achillis omnes convocant deos id est omnia supce-
lestia corpora ad que spectat secundum diversas po-
tentias suas in corpore iam creato diversos
effectus infundere ut perfectum sit. discordia
autem non vocatur ne disiungeretur ceptum opus quod
creat ipsa autem postea sese inserit. Dum homo
incipit cogitare quae tamen sit splendidior vita
aut contemplativa que per palladem desi-
gnatur seu activa que per Junonem intelligitur
aut voluptuosa que per venerem demonstra-
tur. ex quibus iupiter deus dare iudicium ne-
videntur. Reliquie sua dampnate sententia et ho-
nesta necessitas de hiis tamen tibi superius latius ubi
de paride.

De pollidoro filia pelei et coniuge borionis

Polidorus ut in yliade dicit homerus
filia fuit pelei et a sperchio flumine di-
lecta atque oppressa et sic innuptam peperit
qui achillem in troianum bellum secutus est.
Hec autem eundem borioni peryi filio nupsit.

De achille filio pelei qui genuit pirrum

Achilles grecorum fortissimus ut primo
Stacii est pelei et techidis fuit fi-
lius. Que cum peperisset inter genuino ad in-
feros detulit et ut laborum pacientem red-
deret totum stigiis undis immersit excepto
calcaneo quo illum tenebat. Demum chironi
centauro alendum tradidit. Qui in illum
educavit non eo cibo quo ceteri educantur
sed ex medullis tantum bestiarum ab eo cap-
tarum cibum confici faciebat et hoc ut assi-
duo duraret exercicio. Et hinc dictum leon-
cius eum achillem nuncupatum ab a quod est si-
ne et chillos cibus quasi sine cibo nutritus. Hunc
chiron astrologiam docuit et medicinam
ac etiam liram tangere. Tandem cum tethis
rapta a paride helena presagio cerneret bel-
lum futurum et in eo achillem filium periturum ad
eius si posset evitandam mortem consilio
clam illum adhuc impubem ex antro
chironis dormientem rapuit et in schyro
insula in domum licomedis regis detulit
et vestimentis puellaribus tectum atque pro-
doctum ne se masculum impia demonstra-
ret. qui virgines inter filias suandum

tradidit licomedi Regi deidamie virgini
licomedis filie diu cum masculum fore oc-
tum esse non potuit cum qua tempore captato con
cubuit et ipse amoris comodum ipsa et iu
uenis sexuum occubuit ex eo tamen concepit
et peperit filium quem pirrum postea vocauerunt
Ceterum cum conuenissent in troianos greci
et responso accepissent absque achille capi
troiam non posse ad eum exquirendum vlixes
missus est Qui cum audisset in muliebri
habitu apud filias licomedis clam teneri
in loco muneris virgine afferret noua con
mentus est fraudem dum quod se mercatorem finxis
set et iocalia quibus se delectari virgines
consueuerunt filiabus licomedis apposuisset
inter ea arcum posuit et pharetram arbitra
tus achillem si illic innotus esset arcum
sumpturum nec defuit cogitacioni successus
Quem postquam arcum trahentem cognouit fa
cile suasionibus induxit vt se sequeretur
in bellum In quo dum iret habitu femineo
deposito plures ciuitates hostium cepit egit
quod predam ingentem et inter alia virgines
sacerdotis appollinis filiam quam agamenoni
concessit et briseidam quam eque ceperat
sibi reseruauit. Sane cum iussu deorum opor
tuisset agamenonem sacerdoti natam res
tituere briseidem illi surripuit Quamob
rem indignatus achilles diu stetit nec
arma aduersus troianos capere voluit
vllius suasione vel precibus Tandem cum die v
na acriter a troianis vrgerentur greci a
nestore patroclus deductus est ad eum
vt oraret si nollet arma sumere saltem
permitteret vt ipse loco suo sua indueret et
currum suum ascenderet et mirmidones oc
cisos in pugnam deduceret Quod et si egre
paciebatur achilles patroclo tamen non ne
gaturus concessit Qui cum processisset in pre
lium achilles ab omnibus creditus multa
mala troianis intulit postremo hector
qui pugnam aduersus achillem diu opta
uerat eum putans aduenit et patroclum
labore modico superauit armis quibus superatum
induerat et quasi achillem superasset armis
eius indutus ingenti cum pompa priamum
remittit hoc casu summe turbatus achil
les amicum aliquandiu fleuit eique officium
funebre magnis sumptibus et mirabili
honorificencia peregit Inde a techide matre que
ad eius leniendas lacrimas venerat nouis

reassumptis armis que ipsa a vulcano
susceperat armatus in vltione amici per
empti processit in bellum Et cum multos
ex troianis occidisset hectorem etiam inter
imit nec ad saciandas iras eum occidisse
satis visum est quin immo cum eius corpus cur
rui alligasset suo dedecorose ylionem cir
cuiuit priamo etiam prospectante ac inde a
pud tumulum patrocli duodecim diebus
nudum tenuit cadauer illud quod tandem
priamo senem ad eum venienti nocte exoratus
et maxima munera exhiberi concessit
post hec alium in pugnis troilum interfecit
Quo dolore commota hecuba superstitibus
timens et prole si longum viueret achilles
astu femineo insidias in vitam eius
tetendit Monuerat ante eum polisenam
diligere eo quod illi induciarum tempore inspecta pla
cuisset et idcirco per intermedium spopondit
illi nuptias suas si a prelio abstineret
Qui cum assensisset achilles in talem
composicionem itum est vt clam solus nocte
veniret in templum tymbrei appollinis quod
fere secus muros ylionis erat et ibi
de eam cum filia inueniret eamque despon
saret Quod amans et cupiens achilles
credens ut compositum inermis et solus
nocte templum intrauit in quem e vestigio pa
ris ex insidiis prosiliens cum esset arcu
doctissimus sagitta eius calcaneum pete
iit atque vulnerauit eumque frustra gladi
o in hostes discursantem interemit Et
tandem in sigeo troiano promontorio a
suis sepultus est In tam longa historia
paucis tamen recitata verbis nil fictum est
preter achillem stigis mersum vndis excep
to calcaneo et quod eo vulnerato mortuus
sit circa quod placet fulgencio hominem
stigis vndis immersum esse vndique la
boribus duratum cum sagax interpretetur
tristicia vt intelligat neminem in letis
durari sed laxari potius si alter duratus
esset Quod autem talus inmersus non sit phi
sicum tegit misterium Volunt enim phisici
quod vene que in talo sunt ad renum et fem
orum atque virilium racionem pertineant Et
ideo per talum non mersum in stigem in
vittam in achillem libidinem voluerunt
Que perdurationes alias sublata non est
vt satis apparet cum libidine in manus
merit hostium et ab eis occisus est

De pirro achillis filio qui genuit perixeleum et molosum

Pirrus ut premonstratum est achillis et deidamie fuit filius sic vocatus ut dicit servius a capillorum qualitate cum neoptholomus alio nomine vocaretur hic achille mortuo vix pubes in troianum bellum deductus e aciosus ad instar patris et avis ingenii invicti animi et scevita sine belli venisset nec tamen occisus fuit inter alios quidem iuvenes strenuos et audaces equum ligneum quem greci dolose construi fecerant intravit et in ylionem tractus dum nocte exisset aliis vementibus a tenedon strage maxima troianorum peregit et usque in abditissimum penetrale regie domus police filium priami sequutus intravit eum quem patris in gremio interemit et inde priamum obiurgantem et in sevitia eius obloquentem ut sanguine suo fedaret quas ipse sacraverat aras irruit inde ylione deleto polisena eximie formositatis virgine ad manes placandos prios apud achillis sepulcrum occidit Et cum ex troiana preda illi andromaca olim coniux hectoris contigisset eam sibi iunxit uxorem Que illi secundum quosdam peperit filios perixelen et molossum inde captus pulcritudine hermionis filie menelai tradita andromaca heleno filio priami cum parte regni eo quod vates illum premonuisset ne intraret mare sicuti ceteri fecerant hermionam horeste rapuit et sibi coniugem fecit demum seu pamptate coactus seu ad preda ac fervore impulsus ut nonnullis placet mare nam iam infestavit Quequidem navigacio infesta aliis ab eo piratica denominata est et exercentes pirate eo quod ipse pirrus extiterit ut dicit paulus postremo cum horestes ex taurica regione posita furia reddiisset in regem corrupto macareo sacerdote templi appollinis delphici pirrum trucidavit in templo et hic finis fuit illius

De perixeleo pirri filio

Perixeleus ut dicit paulus filius fuit pirri ex andromaca theodontius autem dicit ex hermiona nec ex eo aliud ad nos usque devenit

De molosso pirri filio qui genuit polidectam

Molossus filius fuit pirri et andromace hic patri mortuo succedens partem epiri tenuit populos quos ex suo nomine nuncupavit molossos verum donec ad puberem devenirit etatem apud matrem et vitricum fuit et moriens polidecta filiam reliquit

De polidecta filia molossi

Polidecta seu masculus fuit seu femina non satis michi notum est eum tamen filium vel filiam fuisse molossi paulus affirmat post quem successive eacidibus neminem nisi post plura secula comperio cum apud grecos dum nulla sit hystoria progenies nobilior Eacidibus fuit pirrus Rex epirotarum qui in adversus romanos bellum gessit tarentinorum ope Sic et alexander epirota alicuino satellite occisus Et olimpias clarissima macedonum regina et magni alexandri mater et alii plures virtutibus et titulis insignes

De pylumpno iovis xxxvi filio qui genuit daunum

Pylumpnus ut dicit paulus filius fuit iovis cum servius fratrem fuisse pytumni dicit et eos ambos fuisse deos horum quod pitumnum usum stercorandorum agrorum invenisse et inde sterculinum deum esse macrobius in libro saturnaliorum saturnum fuisse dicat pylumnum vero pinsendi frumenti et ob id a pistoribus coli et pilum ab eo denominatum Ad hunc theodontius dicit danem acrisii filiam patris ira fugientem delatam a pastore una cum parvulo perseo quem ipse genuerat cognito suscepit uxorem venatum ea apulia in qua grandis erat delitta eo quod opposita videtur acrisio ad rutilos venit et ibidem cum dane construxit ardeam ac ea suscepit daunum

De dauno pylumni filio et pauo tamen

Daunus filius fuit pylumni et ut theodontius asserit ex dane acrisii filia susceptus huic regnum in apulia fuit et ab eo daunia nuncupata Et hunc dicit ea theodontius avum fuisse patris turni et daunus dictus est de filio huius et patre secundum daunum nil legisse memini

De dauno dauni nepote qui genuit turnum et iuturnam

Daunus precedentis dauni secundum theodontium ex filio nepos fuit huius quippe fuit

Cum repertor agros stercorandi et pinsendi triticum Theodontius

venilia soror amate coniugis latini regis
ex qua constat plures suscepisse filios in
ter quos ea fuit que dyomedi prefugo fert
nupsisse coniugio paulus tamen dicebat daunum
paulus
patrem tantum filium fuisse pilumni eo quod dicat vir
virgilius
gilius Cui pilumnus avus cum diva venili
a mater de turno loquens verum ergo magis credo
de theodotio cum dicat idem virgilius alibi in
persona iunonis ille tamen matri deducit origine
nomen pilumnus cui illi quartus pater etc. Que
esse non posset secundum paulum ubi secundum theodontium
eque videt numero

De turno dauni filio

Turnus rex (rutulorum filius fuit dau
ni ex venilia coniuge et cum armorum
disciplina insignis fuit eo suo iuvenis
tante fuit corporee fortitudinis ut nulla in
hoc fides antiquis prestanda videretur in
veteriori testis firmaret Et inter alia eius
roboris stancia argumenta de eo adversus
virgilius
enea in singulari certamine pugnante scri
virgilius
bit (Saxum antiquum ingens campo quod
forte iacebat limes agro positum litem ut
discerneret arvis vix illud lecti bis sex cervice
subirent qualia nunc hominum producit corpo
tellus ille manum raptum trepida torquebat
in hostem etc. Quod augustinus in libro ci
vitatis etiam post 6° rarum here videt preterea
et pallantes seu pallas evandri filius ab
eo in pugna occisus multum fidei affert
legimus enim henrico cesare 3° imperante eius
de corpore pallantis
corpus haut longe roma a fodiente villi
filii evandri tempore
co compertum integrum ubi nunc sepultum erat
henrici tertii de quo
tum quod sepulcrum altitudine seu proceritate
in cronica marti
romana menia superasse et in eo ad hunc
mana relacio est
impressi vulneris a lancea turni apparere hy
atum longitudine quatuor pedum excedere
Ex quibus quantus debuerit esse turnus et quam
fortis qui iuvenem tam grandem superavit quam
telum pugnans tam pregrande tulerit
quod adeo grande vulnus impresserit satis
arbitrari possumus Hunc carmine celebri con
dit in eneida virgilius bellum ingens fuis
se adversus eneam eo quod sibi latinus filia
sua lauinam quam turno promiserat enee
dedisset in coniugem Et ut idem ondit vir
gilius post multa cum hic pallante evan
dri filium occidisset induisset quod baltheo illius
quod ob insignem gloriam superati iuvenis ipse
gestaret tum ea die que illi ultima fuit in
ter adversus enea ex composito singulari
certamine pugnaret et ab enea superatus
vitam oraret impetraturus erat nisi visus
baltheus eneam in pietate revocasset
amici et sic ab eo occisus est hoc secundum vir
gilium in laudibus enee totis tendentem
viribus Idem est Servius aut alios alii dicunt
quidam non parve auctoritatis homines enea a turno
ut virgilius
non ut virgilius
de morte turni
superatum et penes numicum flumen fugien
tem occisum nec ultimus etiam corpus eius
visum et turnum postea ab ascanio interemptum
De quibus latius supra ubi de enea scriptum
est

De Iuturna dauni filia

Iuturna dauni fuit filia cui ut dicit
virgilius Iupiter virginitate abstulit
et inmunis ablati decoris illi inmortalita
tem exhibuit et numici fluvius nympha
facta est habet multa in subsidium fratris egit
que et si fictionibus varientur in hoc ve
rum egisse arbitror ut interpositione nu
mici fluvius actum sit ut ab hostibus turnum
in agrum ardee et ipsum turnum libere et ex
pedite in non potuit verum dum turnum de
fide vidisset mesta sese condidit undis
Sunt qui dicant hanc clam a latino
rege amiciciam habuisse Que cum palam
fieret erubescens in numicum se sponte
sua necavit Et sic a Iove id est a rege op
pressa et facta nympha numici

De mercurio xxvi° iovis filio qui genuit cupidinem ortilum lares evandrum et famam

Mercurius Iovis fuit filius et maye
athlantis filie ut satis vulgatum
est fuere .ii. ut in precedenti patet in
cuius plures et esse fere omnes ab antiquos
eius ornamentis insigniti sunt non cum omnibus
eadem est deitas attributa Nam alius me
dicine deus alius mercatorum alius vero furum
et eloquentie alius quem theodontius hunc ma
ye filium esse voluit Quid autem tamen alius moneat
non describit nec ego postquam compertum
non habeo intendo investigare subtilius
Credo tamen quecumque mercurium pla
netam mathematici asserunt spectare
omne sonans organum seu fistulam in cor
poribus nostris disponere Et hinc credant
nonnulli eum deorum dicunt nuntium et interpre
tem quia per organa ab eo disposita cordis
nostri pandantur intrinseca que deorum secreta
dici possunt in quantum nisi explicantur mutu
vel verbis nemo preter deum cognoscat et
in hoc interpres secretorum talium est quia
verba que organizata sunt per organa ab

eodem disposita interpretantur et exprimunt
que ex intuitu solo satis percipi non poterant
deorum ergo nuntius et interpres est et hinc
eloquentie deus. Quos claruis et pro of
ficia attributis et per insignia illi apposita
demonstratur. Galerio quippe tegitur in
curuus ut videatur quod adversus inde
fulmina eloquentia valido tegimento fi
net quod nil aliud est quam tegi[?] qua eloquens
a benivolis metuitur auditoribus hoc in lon
gum scripta veterum firmant adversus morda
ces et invidos quod prodidisse sibi videtur
ouidius dum dicit Jamque opus exegi quod
nec Jovis ira nec ignis nec poterit fer
rum nec edax abolere vetustas etc. Talaria
addit seu mercurius talaria ut ex nomine descri
bat velocitas quia eodem in momento ex
ore loquentis egreditur et in aures suscipi
tur audientis destinat preterea oportuna
mentis per sepe velocitatem virga defert
ut mercurij officium denotet. Consueuere quidam
mercurij qui insigne quoddam virgas ferre
Qua virga dicunt mercurium aias ab
orco evocare et nonnullas in illum dimit
tere. Et sic per illa eloquentis vires intel
ligere possimus quibus Jam plurimi emortis
fancibus substituti sunt et nonnulli in easdem
impulsi. Quis orco milone subripuit
Quis popilium lenatum ut de reliquis ta
ceam nisi eloquentia ciceronis. Quis in
illum impetiit lentulum cethegum stati
lium alios quod homines eiusdem factionis nisi ca
tonis eloquium ius acerrima hac preterea
virga dicunt mercurium incitare ventos ut
advertamus eloquentem posse furores i
mittere ut in cesarem apud arimini civi
onis oratio Sic et tranare nubila i. tur
bati ones auferre ut pro deiotaro tullius
dum Julij cesaris in eum turgidum pectus
placida oratione sedauit. Quod ante serpentes
hec eadem virga adimat dimittat satis
clarum est. Eloquentia inhertes sospitos
quod ad exitium excitare et in suum decus
odiosos animum retinere compone et sopire
serpente autem virga cingitur ut a serpentis
prudentia assumatur oportere eloquentem esse
discretum circa electiones dicendorum te
mporum locorum ac etiam personarum ut eo quo cupit
auditores deducat orator.

De eudoro mercurij filio

Eudorus ut ait homerus in yliade
filius fuit mercurij et polimele filie
philantis de quo sic. Τις ... [Greek passage, best reading:]
ΑΓΤΙΟΤ ΗΓΕΝΟΡΗΕ ΠΛΑΡΘ ΕΡΙΟ ΤΟΡ ΚΥΚΛΛ
ΚΟΙΒ ΚΑΛΛΙΤΟΔΥ ΙΙΙΛΛΙΕΥΛΑΡΤΟΣ ΚΥΠΛΑΓ
ΗΓΛΚΕΤΑΤΥΓΛΕΗΣΘΟΡΤΙΤΒ etc. Id est atque
sed eudorus marcialis principabatur par
thenius que genuit in corea ... polimeli
philantis filia hac fortis argiphontes
id est mercurius et cetera. Huius homerus
prosequitur prolixiore fabula dicens quod mercu
rius videns polimele elegantem in chorea
saltantem cum cantatibus in choro dyane dilexit
eam et clam eius ascendens palacium cum ea con
cubuit et genuit eudorum velocissimum hominem
atque bellicosum Quem cum achille in troianam
expedicionem accessit

De mirtilo mercurij filio

Mirtilus ut ait lattancius filius fuit
mercurij et auriga enomai regis cuius
filia ypodamia cum postularet pelops in con
iuge dispositus cursus subire etiam et corru
pit sponsione primi coitus mirtilum Quem fecit
currum cereo axe eorum in medio cursus fract
to obtinuit pelops victoria sed virginem
mirtilum autem promissa poscente deiecit in
mare in quo necatus mari nomen dedit
ut ab eo mirtilum vocaretur huius autem mirti
li fraude qui prepositus erat armorum enoma
i superatus bello enomaus est ut supra latius
ubi de pelope scribitur et de ypodamia etc.

De laribus mercurij filijs

Lares fuere duo mercurij et larie nym
phe filij ut dicit ouidius lattancius
autem in libro divinarum institutionum eam dicit
vocari larunda seu lara de origine tamen horum
talem recitat ouidius fabulam. Quod cum Jupiter
dilexisset Juturnam tyberinam nympham et
turni regis sororem reliquis loci nymphis
imposuit ut eam fugientem retardarent
ne eo sequente ipsa mergeretur in undas lara
no filia almonis ut dicit paulus una
naiadum iussa Jovis Juturne retulit
et Junoni Quamobrem Jupiter indignatus
laram lingua privavit iussitque mercurio
ut illam ad inferos traheret et ibi esset stigia
nympha Quam cum illa ducens aspiceret in
eius concupiscentiam incidit et in itinere oppres
sit Que cum concepisset peperit illi geminos
quos ipsa de nomine matris lares appellauit huius
fabule fictio satis absconditum tenet sensum
Jupiter enim calor est Juturna nympha i. hu
miditatem in qua agat appetens verum
lara quod hic mulieris minus est calor opus

n[ota] ... de merc[urio] ... ouidius ... eloquentie

lattancius

ouidius

argentis ignis distringat s. mercurius
i. frigiditas nature ope excitata superfluo
calore muliebri ex maritto semine coegit
in unum et sic lara lingua privata e i. no
cendi poten. debat tamen calcata calidita
te mercurius i. nature moderata prudentia
s.m gentiles elicit lares non quidem uite ex ea
sed ea amota fit ut s.m opinionem quorundam
lares cum creato fetu nascantur seu creentur
quia ea stante creari non poterant de quibus la
ribus non omnes eque sensere veteres extima
re autem antiqui cum anima rationalis a mercurio
in corpus nouum deducta esset ut alias dixi
ab a mercurio deduci opinari quam m. vi. me
se quem mercurio attribuit fetus animam creda
tur suscipere seu uitalem potenciam in anima deum
seu deos noue anime uenire custodes quos
aliqui genium vel genios vocarunt non nulli
dixere lares ut paulo ante dictum est Et ut censo
rinus asserit in libro de natali die ubi
vult eum dici genium seu quia ut gignamur
curat seu quia una nobiscum gignatur
seu quia genitos semper tueatur et eundem esse
genium et larem dicit a multis veteribus
affirmatum Et potissime a gnaeo flacco eo
in libro quem cesari de indigitamentis scrip
tum reliquit Et esto quod unum tantum dicat
genium seu larem insequentibus addit opi
nione euclidis socratici duplicem omnibus
appositum genium Et sic duo sunt unicuique
lares opinione veterum Quod satis firmari vi
detur auctoritate anei flori scribentis in iiii.
epithomatis sui sic ipsique bruto per noctem
cum illato lumine ex more aliqua secum agitaret
atra quedam ymago se obtulit et quod esset
interrogata tuus inquit malus genius
hoc et sub oculis miratis euanuit et
Quod inquidem non adiecisset malus nisi et
bonus alius esset et sic duos xpiana ueritas
angelos uocat non cum nascente genitos
sed nato sociatos quorum alter bonus in bo
num semper urget quem sinat alter autem malus
in contrarium nititur et qui bonorum malo
rumque operum obseruatores et testes in morte
usque assistunt etiam hos preterea lares et
priuatorum domibus inesse credidere ut in prin
cipio aulularie ostendit plautus eosque fa
miliares seu domesticos uocarunt deos et
uti custodie corporis appositos diximus sic
et hos custodie domus eiusque in domibus lo
cum eorum domesticis omnibus ubi sibi ignea
arca quam in medio aule ueteres faciebant

dedere ibique eos uenabant sacris ritu ue
teri Quod nos quidem nondum apud nos aboli
tum est Nam et si error ille insipidus
abierit stat ad hunc nomina et quedam
ueterum sacrorum uestigium sapientia heremu
anti florentini et sic forsan non nulle
alie nationes ut plurimum in aulis domes
ticis ubi sit communis ignis toti familie do
mus ferrea quedam instrumenta ad li
gnorum ignium appositorum sustentationem
apposita que lares uocamus et in sero prece
dente kalendarum ianuariarum die a patre
familias omnis conuocatur familia et repleto
lignis igne stipes magnus apponitur cuius
caput unum igne crematur in reliquo
insidet ipse pater familias cetis circumsta
tibus et uino sumpto bibit ipse pater primo et
inde capiti stipitis incensi superinfundit
quod uini superfuerat in calice Et deinde
cum mercuriu potauerint ceteri qui confecta
solempnitate ad officia consurgunt sua
hec sepe puer in domo patria celebrari
uidi a patre meo catholico profecto homine
Nec dubitem quin a multis adhuc cele
bretur ratione potius consuetudinis a maioribus
sumpte quam aliqua ydolatra supersticione
deceptis

De euandro mercurii filio qui
genuit pallantem et pallanciam

Euander archadum rex ut ait pau
lus filius fuit mercurii ex nicost
ta homo fortitudine et ingenio insi
gnis dicit enim simus eum ferocissimum
quendam immanem hominem occidisse ubi
hercules gerionem eumque ob eius singularem
probitatem unum inter multos hercules nomina
tum Et idem simus dicit hunc pallantis
regis archadie fuisse nepotem et cum
patrem suum occidisset ubi s. nicostra
te suadente ipsa nicostrata que uates erat
dimissa archadia in ytaliam uenit
et pulsis ab originibus tenuit ea loca
in quibus postea roma condita est opi
dum modicum in monte palatino funda
uit Ibique herculem ex hispania rede
untem uiacum pompa superati gerionis
suscepit Cum illum ab insultibus cachi
latronis liberauit Inde post euersionem
troie eneam nouas sedes querentem re
cepit et aduersus turnum iuuit misso
in bellum cum eo pallante filio quo senex
a turno occiso miserere fleuit Theramus

aut[em] id filius deus est, q[ui]a e[ss]et int[er] ceteros
eloquentissimus homo ut asserit Theodo
cius ~

De pallante euandri filio.

Pallantes euandri regis fuit filius
ut sepissime in eneida testatur
virgilius hic iuuenis celebris virtu
tis spettabilis enee amicicia intitus co
gnitatis aurilius illi aduersus tur
num sequutus e[st] a quo in acie vulneratus
occubuit et ab infelici patre sepultus e[st]
Cronica martiniana — huius aut[em] corpus ut refert martinus co
in libro qui martiniana vocatur impa
te romanis .h. iii imperatore haud longe
ab urbe a quodam agricola altius solito
fodiente agellum comptum est adhuc
adeo integrum ut integre videtur in
fossum et statum adeo ingens ut mu
rorum altitudine longitudine superaret et
quod longe magis mirandum refert sic i
illo hiatus illati a turno vulneris ap
parebat per maximus ut longitudinem
quatuor pedum excederet addens sup[er] capud
eius lucernam perpetuo ardente igne rep
tam nec ullo potuit extingui spiritu vel
liquore tandem facto in fundo foramine ex
tincta e[st] insup[er] dicit sepulcro tale fuis
se epithaphium scriptum filius euandri
pallas quem lancea turni militis occidit
more suo iacet hic

De pallancia euandri filia

Sinnus — Pallancia ut dicit sinnus filia fuit
euandri q[ue]m asserit hic a varro
ne narrari quam ait herculem viciasse et
ex ea genuisse latinum regem laurenti
num tandem cum moreretur dicit sepulta
in monte qui de suo nomine pallatinus
appellatus e[st]

De pane mercurii filio

Cicero — Pan non is qui arcadie deus e[st] dene
scalius mercurii fuit filius et peno
lopis ut in libro de naturis deorum scribit
Cicero et dato dicat licophron penelope
ulixis coniugem cum procatoribus omnibus concu
buisse ulixe non redeunte et ex uno pana
filium suscepisse Sunt qui velint huic
fictioni locum datum et intelligere contigisse
alicuius eloquentia penelope in contubi
tum eius venisse et ex eo filium peperisse
qui eo q[uod] eloquentia genitus videatur mercu
rii filius dictus est Ergo aut[em] alias dixi
arbitrari non possum pudiciciam tam celebre

uti penelopis fuit alicuius eloquio vel ope
alio fedari aut flecti potuisse fuere quidem
et alie mulieres nomine servatum s[ed] forte non pu
dicitia coequales et sic ex aliarum una nas
ci potuit mercurio pan filius

De vulcano xxxvii° iouis filio qui
genuit Erittonium Caculum Cechu
lum et tullium servilium

Vulcanus iouis et iunonis fuit filius
ut omnes fere poete testantur hic
eo q[uod] claudus et deformis esset quam cito
natus est a parentibus in lemnum insulam
est deiectus de hoc in bucolico carmine d[icit]
virgilius Cui non risere putes nec deus — virgilius
hunc mensa dea nec dignata cubili est
Et hunc uxorem fuisse affirmat omnes s[ed]
q[uod] ea fuit non eque demonstratur a cunctis
Cumque enim ut macrobius in libro saturna — macrobius
liorum refert dicat maiam uxorem fuisse vulca
ni piso aut[em] dicit fuisse maiestam home — piso homerus
rus primo et inde virgilius et poete la
tini reliqui venerem fuisse scribunt Sane
cum certum sit plures fuisse vulcanos possi
bile est hos omnes verum dicere tamen cuius vulca
ni fuerint coniuges maia seu maiesta non
dicunt quod aut[em] vulcani lemnensis venus
fuerit quia satis per compto teneri videtur
hunc insuper iouis fabrum dicunt et apud
liparas et vulcani insulas ad faciendum
fulmina et deorum arma ciclopes obsequio
sos et officinas habere testantur et ab eo quid
quid artificiose compositum e[st] factum volunt
ut achillis et enee arma monile hermi
onis et corona adriane et huiusmodi hunc p[ost]
rea dicunt ob id quod illi a sole adulterio veneris
coniugis sue et martis ambos invisibilibus
cathenis coeuntes alligasse vocatum illum
etiam mulciberum et filiorum plurium faciunt
patrem Volentes ergo ex dictis sensum elicere
scimus ergo vulcanum hunc iouis et iu
nonis fuisse filium et apud lemnum re
gnasse et venerem huisse coniugem eamque cum
armigero compisse iacentem ut supra
dictum est ubi de marte et hoc quantum ad
historiam Quantum aut[em] ad alium sensum
e[st] an alia advertendum apud nos dupli
cem igne esse primus e[st] elementum ipsum igitur
q[ue]m non videmus et hunc p[ro] sepe poete iouem
vocant Secundus aut[em] elementatus cuius
causatus a primo et hic duplex est pri
mus enim est qui in aere ob velocissimum
circulare motum in nubibus accendit et

hic dum illas exeundo frangit choruscationes et tonitrua facit et maximo cum impetu in terras impellit. Secundus autem is ignis est quo utimur ex lignis aliisque combustilibus a nobis ex silicibus duris concussis et fomentis conceptus atque servatus. De hiis tribus hac in fictione fit mentio. Nam primus Jupiter est ex quo et rebus aereis et terreis et quem per Junonem intelligimus sunt duo reliqui oriuntur. Ex hiis ultimus claudus est. Nam si fractione nubis inspexerimus non recte gradientem ignem sed nunc in partem istam nunc in illam declinantem videbimus. Et sic clauditatem dicemus. Ex imo et nostri ignis flammas numquam equali sese in altum extollentes gradu videbimus sed more claudi nunc altius nunc depressius appetit altiora. Ex hiis primus de celo in terram ut premonstratum est deicitur. Nec illi parentes arrident quia quam cito creatus est eiciatur et sic nec immensa diutius est in Lemnum autem id deiectum voluerunt quia persepe in insulam illam cadunt fulmina. Quod autem dea non illius cubili dignata sit paulo post ubi de erithonio dicetur. Quod a symiis autem nutritus est is qui penes nos est. Est enim symia alhoc huius a natura ut quicquid videat hominem facientem et ipsa conatur facere et cum homines arte et ingenio suo in multis naturam imitari conantur et circa actus tales plurimum oportunus est ignis. Fictum est symias id est homines nutrisse Vulcanum id est ignem fovisse de quo quantum cuius oportunitas cognoscatur. Sit in libro ethimologiarum scribit Ysidorus absque igne nullum metalli genus fundi extendi quia potest. Nichil enim pene quod non igne efficiatur. Alibi enim vitrum alibi aurum alibi argentum alibi plumbum alibi minium alibi pigmenta alibi medicamenta efficit. Igne lapides in era solvuntur. igne ferrum gignitur et domatur. igne aurum perficitur. igne cremato lapide cementa et parietes ligantur. igne lapides nigros coquendo candificat. ligna candida urendo offuscat. Carbones ex pruina fulgida nigros facit. de lignis duris fragilia de putribilibus imputribilia reddit. stricta solvit. soluta restringit. dura mollit. mollia dura reddit. hec Ysidorus. Voluerunt insuper hunc Jovis esse fabrum et aliarum rerum omnium artificiosarum compositorem ut intelligatur quicquid artificiosum sit igne sicatio fieri qui ingeniatum artificiosus

Ysidorus

Ignis quantus rebus optimus

dicitur Vulcanus ab aliquo insignum artifice sic dicto denominatus. Officinas autem eius circa apud Liparum et Vulcaniam insulas esse dicant liquido patet. Insule enim ignem evomentes sunt et earum nomini fictioni favet. Vulcanie quippe nuncupantur sed non a Vulcano Jovis filio dicte sunt quinimmo a Vulcano quodam qui in emalio natus illas tenuit. Nec solum enim fabrum armorum autem focalem ignem seu Vulcanum esse voluere sed et hominum congregationibus et sermonis initio causam prestitisse voluerunt ut in libro de architectura Vitruvius videtur asserere dicens homines veteri more in silvis et speluncis et nemoribus nascebantur ciboque agresti vescendo vitam agebant. Interea quodam in loco a tempestatibus et ventis dense crepitantibus arbores agitate et inter se terentes ramos ignem excitaverunt et eo flamma vehementi perterriti qui circa cum locum fuerunt sunt fugati. Postea re quieta data propius accedentes cum animadvertissent commoditatem esse magnam corporibus ad ignis teporem ligna adicientes et id conservantes alios adducebant et nutu monstrantes ostendebant quas ex eo haberent utilitates. In eo hominum congressu cum profundebantur aliter e spiritu voces cotidiana consuetudine vocabula ut obtigerant constituerunt. Deinde significando res sepius in usu ex eventu fari fortuitu ceperunt et ita sermones inter se procreaverunt. Ergo cum propter ignis inventionem conventus initio apud homines et consilium et convictus esset natus et in unum locum plures convenirent habentes a natura premium preter reliqua animalia ut non proni sed erecti ambularent mundique et astrorum magnificentiam aspicerent in manibus et articulis quam vellent rem faciliter tractarent ceperunt in eo cetu alii de frondibus facere tecta alii speluncas fodere sub montibus nonnulli yrundinum nidos et edificationes earum imitantes de luto et virgultis facere loca que subirent. Hec Vitruvius. Non autem insipiens homo. Iste pentatheucum legerat circa eius inicium longe aliam sermonis auctorem adam omnia nominantem legisset et alibi caym non domos tantum sed civitatem eam construentem novisset. Sed de hoc alcius. autem Vulcano ciclopes obsequiosi

Vitruvius

dati sunt ubi de ciclopibz explicatum est Vulcanus at fab iste io dictus est ut ait servius qr volitanus q p aere volet rabanus aut dicit vulcanus volans candor mulciber aut vulcanus dicit ut ait albericus qr mulcedo ymbre eo q cu nubes altiora petierint calore in pluuias resoluuntur Ergo aut mulciber dici puto qr molliat era

(Margin: Servius / Rabanus / Albericus)

De erictonio vulcani filio qui genuit orithiam et pandionem

seu turbellis civicis nuptiis vel mulierculis curiositatis sublimium. Verum meditatio (meditacio) prestat absque qua fere assidua nec parari possunt nec perfici percepta poemata. Quid in super bis credam ista dixissent si sana mente legissent que scribit Oracius (oracius) Floro. Quem postquam eleganti more suo enumeravit quecumque urbium impedimenta dixit increpans Rome ne poemata censes scribere posse inter curas atque labores et dolores ob hoc ut intelligat nemine posse. Nec hiis contentus super additis aliis incomodis quibus civitates agitantur concitatus continuo ait. I nunc et versus tecum meditare canoros quasi dicat non poteris. Ut demum subnectit. Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes rite cliens Bachi somno gaudentis et umbra. Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos vis canere et contacta sequi vestigia vatum. Nec multum post superaddit indignaris. Hic ego rerum fluctibus in mediis et tempestatibus urbis verba lire motura sonum connectere digner. Ex quibus ut plura non imponam satis apparet cur petant et incolant silvestria loca poete. Quid etiam Paulum heremitam Antonium Macarium Arsenium aliosque plures venerabiles atque sanctissimos homines non ob rusticitatem sed ut liberiori animo deo servirent fecisse legimus. Esto non adeo detestabile sed ut hii arbitrantur videntur habitare silvas cum eis nil fictum nil fucatum nil mentis noxium videatur. Simplicia quidem omnia sunt nature opera. Ibi in celum erecte fagi et arbores cetere opacitate sua virentes porrigentes umbras. Ibi solum viridantibus herbis contectum atque mille colorum distinctum floribus limpidi fontes et argentei rivuli lepido cum murmure ex ubertate montium declinantes. Ibi picte aves cantu frondesque leni aure motu resonantes. Bestiole ludentes ibi greges et armenta ibi pastoria domus aut tuguriunculum nulla re domestica sollicitum et omnia tranquillitate et silentio plena. Que non solum saciatis oculis auribusque deliciis suis animum mulcent verum mentem in se colligere et ingenium si forte fessum sit in vires revocare atque illud videntur impingere et desiderium meditationes sublimium et aviditatem etiam componendi. Que mira exhortatione suadent libellorum societas et canori circum choreas agentes nimfarum chori. Que omnia si rite consideremus quis studiosus homo civitatibus solitudines non preponat. Sane non poetarum crimine solitudinis etiam si crimine merito dici possit hos movet insolentes viros in redargutione quin imo eorum infecta mentes ambitione dampnabili a qua distrapantes poetas execrabiles aiunt esse viros. Mos enim hominum dampnatorum morum est sinne cupere si ceteros esse conformes ut sua alieno crimine aut pallient aut defendant. Erubescant igitur et obmutescant si parum ipsi poete non factitant. Horrent quippe et detestabile ducunt viri spectabiles sicco pallore deformare faciem et incessu tardo verrere assiduis circuitionibus civitates. Horrent atque recusant turpi atque deformi ypocrisi inhertis vulgi mirari gratiam laudesque et ab ignaris monstrari digito. Horrent fasces neque exponere exposcere seu optare aulas ambire regum aut procerum quorumcumque assentatores fieri auro pontificum insulas aucupari ut ventri et inerti otio latius indulgere queant. Bladiri nulli curulis ut deposita sub tribunali pecunia quicquid sit quod meritis consequi sese non poterat. Horrent preterea et totis detestantur affectibus catarcistes ob pecuniam in celos evehere et empta muneris gratuitate eis exhibere sedes. Quin imo quos isti blasphemant tenui contenti victu brevique sompno speculatione continua et exercitio laudabili componendo scribendoque famosam sibi gloriam et per secula duraturam exquirunt. O spes hec hominum quietis deturpanda o detestanda solitudo talium. Sed quid verbis iniusto habere equidem multa que dicere inexpectabilis candor in virtus egregia in laudabilis vita poetarum illustrium adversus tales serpam longe validiori robore tueretur.

Dampnanda non est obscuritas poetarum

Obscura aiunt cavillatores hii esse persepe poemata et hoc poetarum vicio agentium ut quod inexcogitabile est artificiosius videatur esse compositum sed quoque egisse volunt immemores veteris oratorum institutionis quo canetur plena atque lucida orationem esse debere quod perverse mentis inditium. Quis enim preter dolosam animi incogitacione tam nepharia declinasset ut quod ei manifestibile est non solum odio habeat sed falsa si possit criminatione deturpet. Fateor non nunquam obscuras esse poetas sed prebeant si nolunt ipsi rursum nunquid philosophorum quorum nimio ipsi impudice se miscent contextu reperiant adeo plana adeo perlucida ut debere dicunt orationem. Incedere si asserant mentiantur. Quin inter scripta Platonis et Aristotilis ut de ceteris sileam perplexiones

adeo moderate sint ut nondum a multis per-
scrutatoribus viris ab eorum seculo in diem usque
hunc examinate potuerint satis lucide
concordi sententia explicari. Sed quid de philoso-
phicis dico? nonne divinum eloquium cuius ipsi pro-
fessores ultro cupiunt a spiritu sancto prolatum
obscuritatum atque ambiguitatum plenissimum
est? Est equidem et si nequeat ipsa manifesta
veritas comprobabat testes qui plurimi sunt adsunt
Augustinus inter quos si libet interrogent augustinum sanctissimum
atque eruditissimum hominem et cuius ingenium
tam grandes fuere vires ut artes multas
et quicquid de decem cathegoriis tradidere
philosophi absque ut ipse fatetur preceptore perceperit
nec tamen erubuit confiteri se ysaye principi-
um intelligere nequivisse. Non ergo obscuri-
tates solis poematibus insunt. Quid ergo
non incusant philosophos ut poetas? Quid non di-
cunt spiritum sanctum operibus suis ut artificiosiora
apparerent obscuras implicuisse sententias
qui non verorum omnium sublimis ipse sit artifex?
Non dubitem quin illis tanta temeritas in-
sit ut facerent ni scirent esse philosophos defensores
et in spiritum sanctum loquentibus apparata supplicia
et ideo in poetas prosiliunt quia eos cernunt
defensore carentes existimantes preterea
nullam ibi culpam fore ubi confestim pena non
sequitur. Debuerant hi vidisse nonnulla obscu-
ra videri cum clarissima sint intuentis vitio
luscio quidem illucescente sole qui lympidus
est nebulosus videtur aer. Nonnulla alia adeo
de natura sua profunda esse ut non absque difficul-
tate acies etiam egregii intellectus possit in
earum additum penetrare uti in solis globo
antequam eum possint contingere non nunquam per-
spicacissimi retunduntur oculi. Nonnulla vero
et si natura sua forsan sint lucida tanto
sunt fingentium palliata artificio ut egre esse
queas possit ingenio verum ex illis excerpere
sensum ut persepe inter nubila conditum solis
pergrande corpus etiam doctissimi queant astro-
logi qua celi vagetur in parte comprehendere prout
mutaverit oculorum intuitu. Et ex his esse non
nunquam vatum poemata non inficior. Verum non
ob id ut isti volunt sunt dampnanda cum inter
alia poete officia sit non enucleare fictioni-
bus palliata quinymo si in propatulo posita sit
memoratu et veneratione digna ne vilescant
familiaritate nimia quanta poterit industria
tegere et ab oculis torpentium auferre. Et si quid
ad eos spectat fecere solertes non excruciandi sed com-
mendandi potius poete veniunt. Et ideo ut

damnandum est fateor illos non nunquam obscuros esse
sed excusabiles semper si sanum ad eos accesse-
rit intellectum verum. Vereor hinc querulis noctue
oculos esse potius quam humanos. Nec sit qui
existimet a poetis veritates fictionibus invidia
conditas aut ut velint omnino absconditarum sen-
sum negare lectoribus aut ut artificiosiores ap-
pareant sed ut que apposita vilvissent labore inge-
niorum quesita et diversimode intellecta comperta
tandem faciant cariora. Quod longe magis sanctum
fecisse spiritum unusquisque cui sana mens est
debet pro certissimo arbitrari. Quod per Augusti- Augustinus
num in libro celestis Jherusalem xi^{mo} firmari vi-
detur dum dicit divini sermonis obscuritas etiam
ad hoc est utilis quod plures sententias veritatis pa-
rit et in lucem notitie producit dum alius eum
sic alius sic intelligit. Et alibi Augustinus
idem super psalmo cxxvi^{o} dicit: Ideo forte
obscurius positum est ut multos intellectus ge-
neraret et ditiores discedant homines qui clau-
sum invenerunt quod multis modis aperiretur
quam si uno modo apertum invenirent. Et ut eundem
augustinum testem adhuc adversus vitilitiga-
tores amplius vocem ut sciant quam quod ipse pro
obscuritatibus sacrarum litterarum tuendis ego pro
obscuritatibus poematum intelligi velim dicta
eius scribere super psalmo cxlvi^{o} ponere sum induc-
tus: Nichil est obscurum aut aliquid est non ut tibi
negetur sed ut exerceat accepturum etc. Et ne a
potiori veritatis sacrorum hominum circa hoc attesta-
tione nolo fastidium dicant hi audire quam
ideo velim de obscuritatibus poetarum sentiri
quod de divinis ab augustino sentitur quinymo
ut exfricata paululum fronte velo residente
obsistentes quanto magis de hiis sentiendum
sit que respectivo paucis apponuntur si de sa-
cris litteris que omnibus sunt apposite nationibus se-
cuntur. Si forsan velint diversas textus fi-
guras dictionum aut orationum colores et peregri-
norum vocabulorum inauditam a sepulchrum die
dampnasse et hinc poetas obscuros dixis-
se. Quid aliud dicam non habeo nisi ut gra-
maticales iterum scolas repetant pedagogorum
ferula subeant studeant discantque quid
veterum auctoritate circa talia poetis licentie da-
tum scrupulosius et scrutentur preter vulga-
ria atque domestica que sunt etiam peregrina vo-
cabula talibus insto gratioribus dixisse pote-
ra attigant ut ex uno veteri novum atque ge-
nosum ingenium induat et quod eis nunc
videtur obscurum tunc familiare videbit et apertum
nec indigesta intellectus sui grossiciem

palliare se credant priscorum oratorum precep-
to cuius non dubito semper memores fuisse po-
etas. Sed advertant quam ornando aliter
quam fingendo verborum ordo procedat et fictio-
nes in fingentis arbitrio relictas fore tanquam
opus altioris speculationis. In quibus summopere appo-
sitis servatur stili maiestas et eiusdem dignita-
tis retinetur ut ait quidam meditum in libro in-
vectivarum tertio Franciscus Petrarcha
nec ut ipsi arbitrari videntur carpe ne-
quientibus videtur sed multo labore proposito de-
lectatori simul memorie et consulitur. Cario-
ra sunt enim que cum difficultate quesivimus
accuratiusque servantur ut idem ubi supra Fran-
ciscus testatur. quid multa. Si hiis ob-
tusum ingenium est inhertia sua non poetas
redarguant nec adversus eos frivolis
insistant latratibus, a quibus secum optime
actum est. primo enim in limine ne fenestra fati-
get ignari ab ipsa rerum facie decor in-
tus est retrahunt ergo tirodum in tempore po-
cius quam tempore ingenium fatigato meden-
tes patiantur cum rubore repulsam. Et
ut veri dixero nolentibus intelligere et nexus
ambiguos enodare legendum est insistendum
vigilandum atque interrogandum et omni-
modo premende cerebri vires. Et si non una
via potest quis pervenire quo cupit intret al-
tera. Et si obstent obices arripiat aliam
donec si valide sint vires lucidum illi ap-
pareat quod primo videbatur obscurum. Sem-
per enim canibus dare divino prohibemur monitu
et hoc eodem ante porcos proicere margaritas.

Poetas non esse mendaces

Mendaces preterea insultantes hii di-
cunt esse poetas et hunc locum conantur
validis si possint firmare rationibus dicentes
quod sepedictum est eos in suis fabulis men-
dacia scribere ut puta hominem in lapidem
versum quod omnino apparet veritati contrarium
preterea asserunt poetas mendacium dicere
multos esse deos cum constet veritate certis-
sima unum tantum esse et illum verum atque omnipo-
tentem addentes Virgilium latinorum poetarum
principem recitasse Didonis historiam minus ve-
ram. Et huiusmodi quedam alia etiam inferentes. Cre-
do vicisse putent vicisset quidem si non esset qui
eorum vociferationes insipidis veritate retun-
deret. Quid ergo relatum in precedentibus lo-
co hunc rediisse satis dictum quid sit fabula
quot fabularum species et quibus usi poete sint
et precipue quid satis late descripsi. Sed in hanc
materiam iterum redeundum est. Dico poetas
ut isti volunt non esse mendaces. Est enim
mendacium iudicio meo fallacia quedam
simillima veritati per quam a nonnullis
vera opprimuntur et exprimuntur quod est falsum.
huius octo fore species asserit Augustinus.
Ex quibus et si graviores reliquis nonnulle
sint nulla tamen scientes uti possumus absque
peccato atque infamie nota qua dicimus esse
mendaces. Quod si huius diffinitionis intentum sereno
animo prospexerint poetici nominis hostes re-
darguendum hanc qua mendaces asserunt
esse poetas viribus carere cognoscent cum poetarum
fictiones nulli adhereant speciei mendacii
eo quod non sit mentis eorum quempiam fingendo
fallere. nec ubi mendacium est fictiones poe-
tice ut plurimum non sunt neque simillime
sed nec similes veritati ymo valde disso-
ne et adverse. et dato species fabularum una
que videri potest historie quam fabule magis
dicemus sit veritati simillima antiquissimo
omnium nationum consensu a labe mendacii
immunis est cum sit consuetudine veterum con-
cessum ea quis uti posse. Tene exempli in
quo simplex non exquirit veritas nec prohi-
betur mendacium. Et si propterea poetarum officium
non minus in superioribus demonstratum sim-
culo hunc asseriti non sunt ut veritate se-
tantur in superficie fictionum et aufertur
eis vagandi per omne fictionis genus liber-
tas eorum officium omne resolvetur in nichilum.
quid plura. Si omnia que dicta sunt in re-
probatione meritam reciant quod fieri
posse non arbitror hoc in republica superest.
Remotum iure exercere officium in nota
potest ob hoc infamie devenire pretor esto
in lege male meritos capitali multet
supplicio. Non iure tamen dicetur homici-
da. Sic nec miles agrorum hostium popu-
lator dicetur predo. Nec iuris consultus etiam
si minus equum clientulo prestet consilium
dummodo a iuris limite non recedat falsidici no-
men incidit. Sic et poeta qualitercumque fingen-
do mentiatur mendacii ignominia non
meruit cum suum officium non ut fallat
sed ut fingat iustissime exequatur. Si tamen
velint in hoc instantia facere quod verum
non est mendacium qualitercumque dicitur sic si fac-
tum non sit non tamen ultimus vires ad in-
vincionem huius obiectionis apponam. Sed quia
ut videam quid sit visum quo nomine vocandi
sint ea que per Iohannem euangelistam in

Aug. 8 gen. fore mendacii species

apocalipsi mira cum maiestate sensu sz omnino
persepe prima facie dissona veritati. Quos
ipse Johannes quos alia aliique qui eodem stilo
dei magnalia velavere. Ergo quidem mendacia
aut mendaces etiam si liceret dicere non auderem.
Scio tamen dicent quod ego met in parte demitte su-
si vovigem Johannem scilicet alios quos prophetas sanctissi-
mos fuisse viros quod iam concessum est. Postea
suppeditent ab eis scripta fictiones non esse
sed potius esse figuras et sic nuncupari debere.
Et per consequens figuratores eorum scriptores.
Ridendum diffugium quasi crediturum sim quod
simillimum est in cortice mutatione seu dimi-
nutione nove effectus habeat diversos efficere. Sed in
hoc minus quoniam sic figurate sunt ut quicquid
habeant in literali cortice veritate exprimant
ipso. Si me hoc velint credere nil aliud erit
quam mendacio velare in oculos intellectus ut i-
lla velant suppositum veritate. Sane cum
mendaces hii dicendi nec hii dicendi sint quia non
sint sic nec poete qui pro viribus eorum intuitu
vestigiis in fingendo multos ante deos scrip-
sisse poetas cum unus tantum sit deus negari
non potest sed minime illis in mendacium imputan-
dum quia non credentes neque firmantes sed mo-
re suo fingentes scripsere. Nemo enim sim ta-
ustus sit ut existimet quemquam in latebris
philosophie versatum tam dementis esse ut cre-
dat deos esse quam plurimos. Si satis sani sumus
facile debemus credere eruditos viros stu-
diosissimos fuisse veritatis investigatores
eosque eo usque humanum potest penetrare inge-
nium attigisse et absque ambiguitate novisse
unum tantum deum esse. Ad quam notitiam devenisse
poetas eorum in operibus perpatet liquido. Lege Vir-
gilium et orante invenies Jupiter omnipotens
precibus si flecteris ullis etc. Ad epytheton
neminem deorum alteri datum comperies. Reliquam
deorum multitudinem non deos sed dei membra
aut divinitatis officia putavere quod plato quem
theologum nuncupamus etiam opinatur. Ta-
libus aut ob venerationem officio conforme
deitatis dedere nomen. Sed infestos hos hunc
non accepturos existimo. Clamabunt nempe
dicentes poetas de vero deo et unico quem
novisse dicimus multa scripsisse mendacia
et ob hoc merito nuncupari mendaces. Ego
autem non dubito poetas gentiles de vero deo
minus vere sensisse. Et sic de eo nonnunquam quod
minus verum fuerat scripsisse. Et sic ut isti
volunt mendacium sed ob id mendaces esse
dicendos non puto. Sunt enim mendacium homi-

saltem species duo. Ex quibus primi scientes
et advertentes mentiuntur ut ledant aut ut non
ledant seu ut prosint. Et hii non mendaces
tantum dicendi sunt sed proprio vocabulo mentientes
dicendi sunt. Qui ignorantes se mendacium dicere
mendacium dicunt tamen. Et inter hos oportuna ca-
dit distinctio. Sunt enim eorum aliqui quorum
ignorantia intollerabilis est nec excusationem
recipit aliqualem ut puta. Canent leges publi-
ca ne quis tunc cive privato serviet in taver-
na se impune debitorem suum detinuit
et a multa tutari vult ignorantia legis que
quam supina videtur et crassa cum sciat leges
publicas ignorantie notitiam defensare non potest.
Sic et christianus homo etate integer ab arti-
culorum fidei ignorantia tutari non debet. Sunt
et alii quorum videtur ignorantia excusanda ut
pueri si philosophiam non noverit mercatorius homo si
non noverit nauticam et cecus natus si colorum
non nescit carentes et huiusmodi quos in numero
eorum puto poete gentiles qui et si liberales ar-
tes et poeticam philosophiam noverint christiane re-
ligionis veritatem novisse non potuerunt. Nondum
enim lux illa veritatis eterne in terris effulserat
que illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum nondum ad agnitionem invitantes per
agraverant orbem quoscumque vocantes sine
literis solis hoc domini erat de supradictum ut deum
verum et iuste cognoscerent et rite colerent hii
nondum quemquam ad coerandum sed cum minime tam
celebre nutibant sed nec accedentes si qui fu-
isset exteri admittebant. Et sic si minus
vera sentientes scripserunt de vero deo se vera
scribere arbitrantes hac acceptabili ignorantia
excusati non sunt dicendi mendaces. Dicent
scio quatenus ignorantia mendacium deum sit
mendax est dicere quod negari non potest. Esto
non eadem nota labefactandi sunt qui igno-
rantia excusabili peccavere quam qui crassa et
supina ut dictum est cum illos non solum equitas
sed etiam legum austeritas habeat excusatos et
si sic est nota mendacii non meruerunt. Et si
velint eis omnino quotienscumque modo mendaces ergo
illis socios Adam prophetas Aristotilem Platonem
Socratem aliosque quos ipsi summe colunt eo-
dem sortes extollent. Vereor hii censores op-
timi. Iterum vates in celum in psalterio psal-
lentes cithara qui non satis plene particula
unica huius obiectionis reiecta videatur. O
insipidi si militi uno parma confracta sit
nondum tota mota est acies interim non ergo
exultet sed meminerit qui sepissime ...

Quare Virgilius honestissimam feminam scripserit impudicam

nolentes cesserit. Quod autem Virgilio obiciunt falsum est. Nolunt quippe viri prudentes recitare Didonis hystoriam dicebat cum ut talium doctissimus Didonem honestate precipua fuisse mulierem eamque manu propria mori maluisse quam infixum pio pectori castimonie propositum secundis inficere nuptiis. Sed ut artificio et velamento poetico consequeretur quod erat suo operi oportunum composuit fabulam in multis similem Didonis hystorie quod ut paulo ante dictum est veteri instituto poetis conceditur. Posset tamen de divine visione ut forsan turpe princeps perquirere ad quid hoc necessarium erat Virgilio. Cui ut divine visum sit dico eum in hoc a quadruplici causa tractum. Primo ut in eo stilo quem in Eneida susceperat poeticum sequeretur morem et potissime Homeri cuius fuit in eo poemate imitator. Nam poete non ut historiographi faciunt qui a quodam certo principio opus exordiuntur suum et continua atque ordinata rerum gestarum descriptione in finem usque deveniunt.

Non Lucanum fuisse poetam historiographum

Quod cernimus fecisse Lucanum. Quam ob causam multi eum potius metricum historiographum quam poetam existimant. Sed artificio quodam longe maiori aut circa medium historie aut aliquando fere circa finem inchoant

Artificiali dispositione narrant poete

quod intendunt et sibi adinveniunt causam recitandi quod ex precedentibus omisisse videbantur ut in Odissea Homerus qui quasi circa finem errorum Ulixis eum naufragum in litus Pheicum delatum scribit et ibidem Alcinoi regi recitantem quicquid illi ante diem illam post discessum a Troia contigerat inducit. Quod volens Virgilius facere cum Eneam a litore Troiano fugientem scripsisset post eversam civitatem non advenit aptiorem locum ad quem eum deduceret antequam Ytaliam intraret Affricano litore eo cum usque semper inter Grecos hostes navigaverat. Et cum litus Affrum in tempore usque illud a rusticis et agrestibus atque barbaris incoleretur ut eum ad personam venientem dignam deduceret et a qua reciperetur et cuius hortatu Troianorum casus suosque recitaret nec aliam preter Didonem que et si non tunc multa tamen post secula loca illa incoluisse creditum est copiens Didonem tamquam sua venisset eius hospitem fecit et ut legimus eius iussu suas suorumque infortunia recitavit. Secundo quod sub velamento latet poetico intendit Virgilius per totum opus ostendere quibus passionibus humana fragilitas infestetur et quibus viribus a constanti viro superentur. Et cum iam non nullas ostendisset volens demonstrare quibus ex causis ex appetitu concupiscibili in lasciviam rapiamur introducit Didonem generositate sanguinis claram etate iuvenem forma spectabilem moribus insignem divitiis habundantem castitate famosam civitati sue et populo imperantem prudentia atque eloquentia conspicuam et viduam quasi ab experientia veneris concupiscentiam aptiorem. Que omnia generosi cuiuslibet hominis huic animum irritare nedum exulis atque naufragi et in incognita regione deiecti atque subsidio indigentis.

Quid Virgilius intenderit

Et sic intendit per Didonem concupiscibilem et attractivam potentiam oportunitatibus omnibus armatam, Eneam autem per quemcunque ad libidinem aptum et demum captum. Tandem ostenso quo trahamur in scelus ludibrio qua via in virtutem revehamur ostendit inducens Mercurium deorum interpretem Eneam ob illecebram increpantem atque ad gloriosa exhortantem per quem Virgilius sentit seu conscientie proprie morsum seu amici et eloquentis hominis redargutionem a quibus dormientes in luto turpitudinis excitamur et in rectum pulchrumque revocamur iter id est ad gloriam. Et tunc nexum oblectationis infauste solvimus quando armati fortitudine blanditias lacrimas preces et huiusmodi in contrarium trahentes constanti animo spernimus ac vilipendentes omittimus. Tertio curat Virgilius in laudibus Enee ad honorem Octaviani Cesaris Iuliorum gentis extollere. Quod patuit dum illum lascivias et immunditias carnis et muliebres delicias robore mentis spernentem atque calcantem ostendit. Quarto intendit sublimare Romani nominis gloriam quod satis facit dum exsecrationes morituri Didonis describit. Nam per eas bella Cartaginensium cum Romanis et triumphi quos ex eis Romani consecuti sunt intelliguntur in quibus Romanum nomen satis extollitur. Et sic non mendax fuit Virgilius ut minus intelligentes existimant nec alii etiam si qui sunt eo modo fingentes.

Stulte dampnatur quod minus sane intelligitur

Volunt insuper atque clamitant execrantes poeticum nomen omnino abolenda esse poetarum carmina eo quod lasciviis et nugis deorum gentilium referta sint neminem aliquo tollerabile quod unum eidemque deo plures attribuant formas atque nomina ut poete faciunt sive Iovi vel aliis. Stulti militis more clamamen intunt adversarii mei qui tanto nocendi hostibus fertur impetu ut sibi ipsi non videat.

ex quo sepe fit ut quos in alterum parat ictus
a renis ipse suscipiat. Ergo aut hiis obiec-
tionibus in unum coacervatis in volucrum
satis grandium ex iam predentibus arbitrabor
in quibus scriptum sepissime meminerim sub for-
mis variis lascivias et nuptias atque nominibus
honestos ac sapidos claudi sensus. Quos
etiam pro viribus ingenii mei amoto fabulo-
so cortice aperuisse. Recordor autem actus vero deo-
rum illecebres quocumque modo a poetis comi-
cis potissime descriptos nec laudo nec comme-
ndo quinimmo detestatus sum et tam scriptores
in hoc quam ipsos actus vituperandos existi-
mo. Amplissima quidem fingendi est area et
plena semper fictionum coram poesis incedit.
Non ergo deficiebat quibuscumque sensibus
honestissima tegumenta. Sane querela hec
iam diu sublata est atque sopita. Nam que
in scenis atque theatris carminibus et histrioni-
bus atque pastitis et huiusmodi hominibus enormia
canebant olei ordo abstulere atque exprimere
Romani veteres Cicerone teste et ipsam scenicam
et arte ludicram dampnantes agentes quoque nota
multare censoria et eos amovere tribubus
sic etiam pretorum edicto tantum est qui arte
ludicre pronunciandi vel causa in scenam prodiret
ipso facto habentur infames. Porro post consta-
ntinum cesarem et Silvestrum pontificem pullul-
lante undique et in dies crescente fide catho-
lica talium comicorum seu scenicorum carmina
obsoluerunt a stilo et remanserunt illustri-
um et laudabilium libri et opuscula poetarum
qui res gestas et naturales angustiore stilo
artificioso schemate facundiore locuta sunt
congruo fictionum et ymaginum tegmine pro-
tulerunt. Et sic quos scenicos plato ur-
be pellendos iusserat et adversus quos hii
inveritatis ignari clamitant iam extermina-
ti sunt et abiecti verum ut aliquid hiis re-
prehensoribus meis particule obiectionis alte-
rutrum sit. Dico si ante initam pugnam
prudentes quibus in locis feriri possent a-
cutius inspexissent vidissent profecto quod ipsi
poetis gentilibus obiciunt in se retorqueri
telum nec Iovem nunc celi deum nunc etheris
ignem nunc aquilam nunc hominem seu quibus ma-
ius formis a poetis descriptum invenientur
si meminissent ipsum verum et unicum deum
nunc solem nunc ignem nunc leonem nunc serpentem
nunc agnum nunc vermem nunc etiam lapidem
a sacris describi litteris. Et eodem in veneran-
dissimam matrem nostram ecclesiam quam aliquando

plena fictionibus est poesis

mulierem amictam sole aliquando mulierem
indutam varietate aliquando currum aliquando navem
aliquando archam domum templum et huiusmodi voca-
ri in sacra demonstrant volumina. Quid et de vir-
gine genitrice et de humani generis hoste
meminerim legisse sepissime de hominum multipli-
cate quid dicam. Ideo istud ut innumerabilia
fere apud nos deo attribuuntur et totidem ma-
rie virgini atque ecclesie et hec non absque mis-
terio facta sunt sicuti nec poete fecerunt.
Quid ergo inadvertentes hii ruunt sinon
quidem impellente stare nollent quod ipsi
non noscunt. **Detestabile nimis de
incognitis iudicare.**

Porro zelentes hii suasores criminum
poetas affirmant. Quam in accusatione
si distinguerent forsan ex parte concedem
eos esse victores. Constat enim satis ut non-
nullos iam dudum inhonestos finxisse comi-
cos seu eorum scelesto sic suadente ingenio
seu sic eis tunc exquirente corrupto. Nec
non et nasone peligni clari sed lascivientis
ingenii poeta artis amatorie composuisse
librum in quo et si multa suadeat nepha-
ria nil tamen minus oportunum cum nemo sit te-
mpestate hac adeo demens iuvenculus aut sim-
plex puella que monente illecebri appetitu
ingenium longe ut in id veniat quod excog-
itat acutiora non noverit quam is qui se talium
preceptorem fore perpropium arbitratus est docuit.
Si igitur nimius hii quos non inique abiciendos
dicimus honestate facultatis poetice quam
alii splendido rubore conspicuam hac infamie
inierunt notam et una cum turpibus accusa-
ri equidem patiendum non est et ob id ut pate-
at cur ab hiis accusent illustres queso
dicant inquid homeri carmine unquam legerunt
inquid esiodi virgilii oratii iuvenalis
et aliorum huiusmodi plurimum. Et si se legisse fa-
teantur exprimant quorsum has criminum sua-
siones invenerint ut ipsi videntes quod nondum
vidimus tum eis malemeritos condepnemus.
Attamen negare superfluum est. Omnis autem
accusatorem audita non percipiat quam nunquam le-
gerunt cum liquido debeamus credere si vidis-
sent in tam scolida insaniam. Non venissent
arbitror tamen ex quoque tali hos scelus
sceleri addituros. Nequeunt enim tacere tanto
pariore tenent ne ob taciturnitatem nimium
omnia novisse credant dicetque elata fa-
cie totis loquentes buccis et omni frontis
amoto rubore quasi ex hoc sinne lau-

Ovidius naso ingenii clarus sed vita non

dandi veniant. Quid has nugas vidimus
naph nec vidimus nec vidisse volumus ma
ioribus operam damus. O bone deus ab eter
no ope tuo si velis pausam sinne potes et
si divinitatis tue aperuit oculi posses
in soporem ne si velles. Te tua isti curant ti
nottes in sopores hij ducunt tibi suos sudo
res impendunt primum quippe mobile moue
ant. Veor dum maioribus operam prestant
magnum est, multum est et talium si patiens
ditime labor. Quanam hominum metes non
advertunt dum alios tam prudenter stolti
faciunt qui misere sua ignorantia detegunt.
Possimus et eum nos si stultiores eis non
simus vide satis quam iniusta sit eorum accusacio
quam sit atque tollerando simul. Sane ne sit qui
arbitretur ne risum hoc fictum ex medita
tione frivola vaticinium confiteor quam in hoc
acerrima certamina deducor. Audiui iam
dudum in disputatori simili ne similos etiam
fastidiosius ridentes. Et quod in tirannis
fuit virum quendam etate venerabile et statu
te alias ac doctrina percipimus non ridentem sed
motu grosso longe execrabilius obloquentem.
Non mentiar deus novit. Rex inclite erat
et tunc visum erat vir iste ad poetica nomi
hostis infestus ut illud non ut stomachans
proferre videret quod ubi minus honestati sue
oportunum erat ondit. Nam mane quodam
in gentili studio non legens in chatedra sa
crum Johannis euangelium auditoribus multis cum
fortuito in hoc incidisset nomen accensa
facie flameis oculis et altiori soluto voce
totus frendens multa in poetas enormia
dixit. Et postremo ut eius appareret iustitia
inquit et ferre iurando firmant se neque
vidisse nec unquam aliquem ex poetarum libris
vide voluisse. O sancte deus quid ignari
dixi sunt si sit alias eruditus hoc animo
gestus et antequam loquitur est. Poterat ne loqui
stultius ab insano. Velle ego scire si non vi
derunt si non cognoverunt si maioribus vacant
hij detractores egregij unde poetas criminum sua
sores agnoscunt. Quid circa eis incognita
latrant. Quid non idonei iudices de inco
gnitis latam sententiam. Rostra ostendunt. Que
nedum inaudita sed nec requisita preter
suas fulminant forte ingerunt sacro inspi
rante spiritu tam severum sem poetas ferre
decretum possibile dicerem si credem sanctum spi
ritum tam spontaneas nedum inhiare sed ut
re alias. O scelus impium o execrabile ma

lum. O detestanda temeritas audere te
cum natum in parvulo de coloribus ferre sentenciam.
Sic olim ut isti presides venerandi faciunt
audivi phoronem apud argivos ligur
gum apud lacedemones minoem apud
cretenses et apud myrmidones eacum
factitare solitos. Sed ut eo veniam quod fert
animus quod quid isti verendi iudices blate
rent non sunt ut ipsi volunt poete criminum
suasores quinymo si sana mente et non
livore insano perciti eorum legant volumina
impulsores invenient mitis suavissimos nunc
acerrimos perfectissima temporum in virtutes.
Quod ne tam paucis verbis videar probasse
contentus libet ante obstrepentium oculos
apponere saltem pauca ex quibus possint veritate
te hac si volunt agnoscere. Et omissis home
ri monitis qui ob grecas litteras latinis
minus familiaris est si volunt legant et
perlegant que sint in eneida ad pacientiam
laborum emergentium exhortaciones enee ad
socios. Quis ardor illi pulcre per vulnera
mortis pro salute sue patrie sint. Que erga
patre pietas que humeris parentes un
dique domos et incensa templa per que medi
os hostes et mille volancia tela deuexit
in tutum. Que in achimenide hoste clemen
cia. Quod robur ei ad illecebras frangen
das quam amoris petulca cathenas. Que iu
sticia atque munificencia circa amicos et
exteros in exhibendis muneribus unicuique
ludis in anniversario anchisis patris apud
aceste patris. Que prudencia quanta circum
spectio in descensu ad inferos. Que gra
toris ad eum suasiones ad ytaliam que eius
inutile dic amicitiis solercia. Quanta ten
dis constantia fides quam in gerundis concep
tis. Quanta pie in pallantis anima lacrime.
Que eius ad filium preceptis monita. Quid
multa referam. Assunt ore assunt hij in
poeticam virgiletes nomen liberet huius po
ete verba sinas ponderet et si patiatur
anime fructum ex hijs qui post exprimant.
Et si deo gratum erit videbunt inquid
poeta hic in mala fructem suasor sit.
Profecto si rite deum novisset et coluisset
virgilius nil ferre preter fidem eius in vo
lumine legeretur. Et si dicat leges non pati
quequam approbari testio unius venusini
insuper flaccum suscipiant. Persium volte
rranum iuuenalem aquinatem quorum sa
tiricum timens tanto virtutis impetu

in vicia viciosos quam inveniunt ut eos exten-
uare videatur. Si hii ergo plures sat
sunt taceant isti qui suasores criminum
poetas accusant, et rabiem suam mansu-
etudine domient, nec dedignentur discere
prius quam velint aliorum labores videndo indi-
care iudicio, ne reddendum in alios sue scelide
iniquitatis tela convertunt in se ultionis
divine fulmina provocent. **Quod in
bonum poetas seducant se legentes**

Aiunt post hec insidiantes acerri-
mi poetas esse mentium seductores eo
quod dulcisono carmine lepido sermone accu-
rata atque ornata oratione ineptias suas
legentibus ingerunt et sic quo minime
oportunum lectores seducunt insipidos quos
ignaros; et qui poetas non viderunt ut ipsi
obiectores ignari sunt nec poetas vident
illustres, et si viderunt ingeniorum suorum
ignavia non intellexerunt, non credent fa-
cile hoc optime inesse scelus in poeticum
carmine inveniet hoc videat deus et hii
videant quibus ab eo lumine intellectus conces-
sum est. Tu autem citharista celestis David
solitus dulcedine carminis furores seda-
re Saulis si suave aliquid si mellifluum ce-
cinisti liricum tuum carmine absconde. Et
tu Job qui labores tuos atque patienciam
heroico carmine scripsisti si lepidum si orna-
tum sit idem facito vivatum aliis sacris viris
qui etherio versu divina cecinere misteria.
Et quod hiis dicendum sit orpheo homero
maroni flacco et aliis. Postquam eo ventum
est ut inveniantur qui dicant inpune quoniam se-
ducere mentes hominum sit dulcisone lepide
accurate metrica oratione effundere olim
carminem letanum postquam dampnant isti
tempus quod nunc verbum nobis concessum
est et locus preparatus aptissimus. Scio di-
cet se dixisse preciosum ineptias sono-
ro scripsisse carmine et legisse. Erat fate-
or additio hec non parum momenti in pre-
cedentibus sequens esset ostensum quales sint
quas isti accusant inepcie illustrium po-
etarum et ob id quod michi minime existima-
bant in nichilum resolutum est alteri ut in hoc
directius veniam quam seductores mentium
dicunt esse poetas prius scire velim cum multi
sint qui ex hiis poete sint qui seducto-
res sunt mentium et quis dubitet mul-
los dici posse preter quos student; quos
autem studeant accusatio ipsa demonstrat.

Si deos platz zelantes hii amant prius
et mulierculis ridentibus applaudentes oculis
amatorias litterulas dictant componunt
rithimos et cantiunculas excudunt quibus
affectiones suas et suspiria exprimant et
desistentibus ingeniosi viribus pro oportuno sub-
sidio ad instructores amatorie artis vo-
lant hinc catulli propercii et nasonis volumina
evolvunt et ab ineptiis talium suasionibus
lepidis deceptis carminibus et verborum fa-
cili exornatis contextu tamquam in hoc to-
to inclinati pectore volentes trahuntur sedu-
cuntur atque tenentur hinc poetarum illecebre
cognomine hinc inguinum preceptores accusant
suos eosque seductores mentium dicunt quos
ipsi non rogati sponte sua sequuti sunt ma-
gistros immo ut ipsi maximus vocant re-
darguitores mei. Non enim primum est amoris
obsequium cuius viribus primo phebus inde al-
cides monstrorum domitorem censere. Quo-
sanctius tacuisse fecisset ignaris quam in-
sani dedecus emisisse voces. Nam si que
pettent dum poetas accusassent se ipsos
adiudicent monstrasse culpabiles. Ex hac
enim accusatione que sint eorum studia que desi-
deria que iusticia manifeste cognoscimus.
Quid enim de hiis arbitrari possimus si
puella lascivius gestibus petulans oculis
blandis verbis spem polliceatur infausta.
Postquam a iunctis seu tacitis carminibus
seducuntur. Sinebant igitur miseri et
in melius insaniam suam reforment consilium
prospettent quam ulixes gentilem hominem non in
torum carminum si mellifluos sirenarum can-
tus sprevisse tamquam nocivos atque transis-
se et ut aliquid circa vim vocabuli dicam
sit quod tamquam detestabile poetis obiciunt
vidisse debuerant quoniam et si Christo salvatori
nostro a iudeis obiectum sit qui illum ignominio-
so seductorem dixere non tamen semper in mala
partem sumendum fore. Reginus . n . illi
abutentes infaustum homines vim veterem
surripuisse potest enim quisque in bonam
partem sumi seducere. Nam verum cunctates
pastoria ab infectis armentis nondum in-
fectos consuetudine boves seduxisse solerci-
tie pastorum est, et sic non minus eruditi ho-
mines gnidosos a... ab hiis qui morbo
viciorum laborant sine seducunt admonitis
quorum sui poetas illustres seducere sepissime
credulos reor et eos facere meliores non hii
seducti tractique suo non poetarum munere

eciam honestorum hominum in malam fruticare si possint conantur obducere. O bone Ihesu adiu te pestem hanc abiguaris credulitatis et hos loquaces corripe ac adeo instrue ut exemplo tuo velint plus facere quam docere.

Philosophorum symias minime poetas esse

Symias preterea philosophorum esse hos nonnulli qui se cecos preferunt dicunt esse poetas. Verum non satis certum habeo an ut hominibus visu intuearunt uti non nunquam sine sompniatibus mu lierculis faciunt, an potius ex animi sui ma qui a sic credant, seu mentis nequicia ut invidiam istud evomant. Primum quippe debet indignan ti animo a prudentibus tolerari. Dum enim ab ignarus ex viris conspicuis ridicula confin git vulgo cum passim per tota assim infulati et phalerati sues ac exquisito mannus gerentibus belue fimbriatis necnon et variatis pellibus inc dentes auriti compariantur facile ex quibus decernis quis volens posset confingere talia. Si vero credentes asserunt aut inc det utraque tam stolide quam nequeunt agnitum esse. Id est symias aut alias dixisse meminimus. Vet de more animalia misciori ut velint dum possint videres quoscunque hominum actus imi tari et sic videtur hos velle poetas imitatores et inde symias esse philosophorum. Quod minime ridi culum esset honestum quod ut plurimum homines sive philosophi et bonarum artium preceptores. Sed fallimur inediti. Nam si satis intelligunt poetarum carmina advertent eos non symias sed ex ipsos philosophorum numero deputandos cum ab eis nil preter philosophie consonum inter veterum opiniones fa bulosos tegant velamine. Preterea imitator simplex in nullo exorbitat a vestigiis imitati. Quod quidem in poetis minime cernitur. Nam esto a philosophis non deviant conclusionibus non tamen in eas eodem tramite tendunt. Philosophus ut satis patet silogizando reprobat quod minus verum existimat et eodem modo approbat quod intendit et hoc apertissime prout potest. Po eta quod meditando concepit sub velamento fictionis silogismis omnino amotis quanto artificiosius potest abscondit. Philosophus stilo prosai co ut sepius et eius fere parvipendens orna tum scribere consueverunt. Poeta metro summa cum cura exquisito decore conspicuo. Philosophorum insuper est gignasiis disputare, poetarum in solitudinibus canere. Et cum ista inde se non conciant non erit ut aiunt symia philosophorum poeta. Si symias dicerent eos esse nature posset forte equiore animo tollerari. Cupivo

viribus quicquid ipsa quicquid eius operatione operatur perpetua poeta celebri conatur descri bere carmine quod si intueri velint isti vi debunt formas mores sermones et actus quorumcunque animalium celi siderumque mea tus ventorum fragores et impetus flam marum crepitus sonoros undarum rumores montium celsitudines et nemorum umbras atque discursus fluminum adeo apte descrip tos ut ea ipsa parvis in litterulis carmi num inesse arbitrentur. In hoc ergo poetas esse symias confitebor quod ergo honorabi lissimum reor opus in id stili arte conari quod agit natura potentia. Sed quid plura esse satis talibus agere si possent ut nos una secum efficerent symias Ihesu Christi qui sibi in cogitatos poetarum in vide labores cum contingunt sepissime temptatores alienum premittunt studere suum aliorum cruentas ungues cum arripere sentiunt.

Non esse exiciale omnino libros legere poetarum

Hii equitatis ymmo iniquitatis arbi tri fervida in ubi cupientes poetici nominis exterminium quasi pacata in illud dixerit altisono insuper clamitant hinc inde boatu. O insignes viri. O divino redempti sanguine. O gratiose deo populus si qua pietas si qua devocio si quis vane religionis amor si quis dei timor vobis est hos infaus tos poetarum libros abicite flammis comit te et ventis servandos exhibite cineres eos non habere donum eos legere eos ea ulla modo vel le inde exiciale civium est animas letali vene no inficiunt nos in tartara trahunt et celestis regni exules in eternum faciunt.

Post hec aucto clamore Iheronimum in testem advocant eum quod dicentem aiunt in epistola ad Damasum de filio prodigo demonum ci bus sunt carmina poetarum et hiis ac similibus multis toto gutture ignavos auditores intonant. O pietas o prisca fides o dei paciencia grandis quid pateris! Quid rerum conditor in erectas turres quid in celsos vertice montes fulmina torques. Hii sanctissime pater hii feriendi sunt qui dolo sa lingua atque invidia aliorum et perspe ctorum excidio sibi aucupant maniae gloriam in medio errores suos terra tegunt hii plebiscitis atque flammis suas conantur ignorantias occultare. Quis simplex homo hos audiat qui arbitretur poetas pre ciosissimos esse homines divini nominis hostes

Utilis poetica et philosophia

Petr

Iom

gubernaculis demonum nutus maleficis
scelestisque semper vacantes operibus, quibus
nulla bonarum artium cura, nulla pietas,
nulla fides aut sanctitas sit. Et sic horum
ignoratorum opere et iniquitate consequuntur
celebres viri ignominiam quam minime me-
ruere. Sed spero videbit deus aliquis nos-
tri videamus si possumus quale sit hoc
tam inexpiabile malum quod hii commicti cla-
mitant, si teneant, si videant aut le-
gant carmina poetarum. Que horum contine-
ant libri, que suadeant, quid dampnent, quid
doceant, iam satis superius declaratum est. Sed
eis omissis nolo adversus veritatem hos sce-
lestia omnia scribere atque suadere lectoribus.
Quid tandem gentiles fuere homines non christia-
norum suam extulere, quam sacram arbitraba-
tur, religionem fictiones edidere gratissimas
et commendabiles vero prosequentes gentes suas.
Sed quid inde queso ego hos elegantissimos
clamatores dicant? Nunquid illis prohibi-
tum sit ab aliqua veteri seu nova doctrina
deorum suorum scelera quo velent in stilo de-
scribere? Non equidem, reor nec etiam christiano fi-
genti dummodo sane intellecta fictio adversus
catholicam veritatem ex certitudine nil pariat.
Si non prohibitum est, si hos legere non leges pro-
hibent, neque prophete, non sacre pontificum
sanctiones, quid tenendum? quid legere mali est?
Inquiunt quia seductores sunt metrorum dulce-
dine. Sua huic obiectioni paulo ante responsum est.
Verum si hii inbecilles sunt atque tracta-
biles sibi caveant, memores proverbii
veteris quo prohibetur hos certamine lapidum non
intrare quibus sit galea vitrea. Fateor
cum ultro longe melius fore sacros studere
libros quam istos, etiam si optimi sint studentes
quam acceptiores reor esse deo summo pontifici
et ecclesie. Verum non omnes nec semper eadem
trahimur affectione. Et sic non nunquam ad
poeticos trahuntur quidam; et si trahimur vel
sponte nostra in eos imus, quod hoc crimen quod
malum est? Possumus impune mores bar-
baros audire ipsos si velimus suscipere bar-
baros, eis hospitalitatem exhibere, eis si pe-
tant, nisi dicat, cum eis amicicias inire; poe-
tarum libros legere, si deo placet, ab hiis viris
doctissimis prohibemur? Mathei autem pu-
blicani et aliorum hereticorum execrabiles
errores ut noscamus nemo prohibet; quin
sciuntur versus aut legisse poeticos
horrendum, ut hii clamitant, ymo letale
crimen est. Ioculatores in quadriviis

vel plurimum inhonestos ludos agentes inspi-
cere possumus, histriones in gimnasiis turpia
cantantes audire, nebulones in popinis le-
nones in lupanaribus blasphemantes quam pati,
nec ob id in tartara trahimur; poetica legisse
poemata nos celorum regni facit extorres.
Pictori etiam in sacris edibus fas est pingere
tricerberum canem ditis obsinatem limina,
charontem nautam acherontis vada sulcantem,
erinas ydris accinctas accensisque arma-
tas facibus, ipsum plutonem infelicis regni
principem dampnatis supplicia inferentem; poetis
sonoro carmine hec eadem scripsisse nephas
et irremissibile lectori crimen est. Pictori
eidem concessum in aulis regum et nobilium
virorum amores veterum deorum scelera homi-
num et quecunque tam inde commenta pingere
nullo prorsus prohibente decreto. Et hec a qui-
buscumque pro libito intueri permissum est. Poeta-
rum inventa ornacius vinctis litteris plus
a sapientibus lecta volunt mentes inficiant
quam picta ab ignaris inspecta. Quid mul-
ta deffitio? Fateor vellem si posse advertere
quibus viribus qua potencia livor edax curio-
sa quia hos boatores in tam grandem dementiam
potuerit impellere. Scire saltem debuerant
quia vas electionis testatus est scire malum
malum non esse, sed operari. Et ipsi novissimi precep-
tores, credo ut a suis mulierculis pru-
dentiores habeantur et inde pinguiores consequan-
tur offas, non verentur dicere nedum dicam scire
sed poetas legere perniciosissimum esse. Quod fasti-
dium audire etiam si horum despiciendi sunt po-
ete; nepharium fore si videris margaritam
ex luto colligere, quasi abstergibile lutum
illam minus fecit preciosam. Nec erubescant
interpretes hii hac presumptuosa hac ignali
prohibicione sua velle ex veritate fieri menda-
cem. Si dixerit aliquis poeta, ymo eos dixis-
se toto denegant ore, ridiculum est audire
huius generis hostem dyabolum potuisse verbum
bonum aliquod dixisse, poetas autem, esto adversus
christianam paulo ante malos esse concesserim,
cum forte nonnullis preter gentilitiam maculam
nil inhonestum iure posset obici, verbum
bonum dicere nequivisse. Vocatur etiam non numquam
a sacris hominibus in testimonium dyabolus; in-
casse poeta horum accusatione crimen irremis-
sibile crimen est. Sed nunc hos prohibitiones
et in exilium poetarum persuasiones oro dicant quid
magnus plato potuit peccasse poesis ve-
ritatis quippe optima indagatrix philosophia
est compte vero sub velamine servato

paulus apostolus

fidissima est poesis si minus bone sedat al
la non potuit verum ista suasisse pedissequa
e dive vestigia imitet necesse est si demet
illa et hoc ut cohorbitet a necessitate co
git. Quid ergo cum gentiles phos allegem⁹
ore pleno eorum q̄ simias fuerim⁹ et nil fere
nisi eorum vallatum auctoritate firmemus
dicta poetarum poetas q̄ horrescim⁹ atque detes
tando dapnam⁹ extollit socrates honora
tur plato colit aristotiles ut de reliquis sileā
Cum omnes fuere gentiles et persepe dapnatis
opidibus erronea hoies homerus ab omnigna
ceibus mis pellit dapnat exiodus maro des
piciat atque flaccus quorum figmenta in ali
ud sentiunt q̄ disputationes illorum Quorum
qm doctrina student et ex hijs certo cum diffi
cultate non paciente ingenio quedam principalia
supserunt quasi intellexerint comendant poe
tarum vero qm scripta neglexerunt et sic non
intellexerunt despiciunt et condepnant Certum
quicquid clamitent quicquid latrent quicquid
iubeant vel suadeant si phorum scripta si bar
barorum gesta si hereticorum perfidia legi pot
et poetarum volumina absque piaculo legi tene
ri audirique pot mente tamen integra atque
constantis si quis aliquid in orthodoxam
dicent fidem tangi ab illa certi se lectores
labefactari permittant Nunc aute superest
in extremum horum clamore papillum acrius
instandum atque plurimis qm ex ea celeberrimi
atque sanctissimi viri auctoritate prudencia
omnia firmasse se credunt Dicunt igitur
clamitantes Ieronimi verbum ad damasum papam
demonum cibus sunt carmina poetarum Credo
si satis perspexissent a nobis eo firmatum
advertissent et potissime ubi dapnatam eo
rum spurcicia atque abiecta semel et
iterum ante iam dixim⁹ Sed qm nulla
poetarum facta distinctione imprudencie offuscati
caligine et in quoscumque certi irruunt ipsi
sancti eorum ignavia e et ipsi impetu co
gendi silentium Si igitur epistolas si volumina
Ieronimi vi hanc eandem qua perdocent in
teste sen tamen ante dapnatos poetas vo
lunt studiose legisset invenisset perfecto
verbum hoc a Ieronimo declaratum et eius sen
sum apperitum atque obiectione qua faciunt
esse solutam et potissime ex figura mulieris
captive raso capite deposita veste resectis
unguibus et pilis ablatis israhelite viro
in copulende Et si religiosiores atque de
bitaciores sanctis doctoribus esse non velit copiet

huic demonum cibum non solum non relictum
flammis ut iubet iussum sed cum diligencia
natum tractatum atque gustatum a fulgentio
doctore atque pontifice catholico ut apparet
eo in libro quem mythologiarum intitulat ip
se in quo elegantissimo stilo describit poe
tarum fabulas exponendo Et quo modo Augusti
num doctorem egregium compient non horru
isse poesim nec poetica carmina quinimo soler
ti vigilantia studuisse et intellexisse quod
volentes negare non possent cum sepissime in
suis voluminibus sanctis hoc virgilium aliosque poe
tas inducat nec se virgilium umquam absque
alicuius laudis titulo nominat Sic ut iterum
dixerim Ieronimum doctorem eximium atque
sanctissimum et trium linguarum mirabiliter erudi
tum qui ignorant eorum hii in teste turbe
satagunt tanta poetarum carmina diligentia
studuisse perpendent atque servasse memorie
ut nil fere absque eorum testis firmasse vi
deatur videant si non credunt inter alia li
bri eius hebraicarum questionum prologum et
advertant umquam eum tocium terrentianum
finisse senciant videat insuper sepissime
oratium atque virgilium sibi quodammodo assi
stores inducat et non solum hos sed et persium
aliosque legerant insuper eiusdem facundissi
mam ad augustinum epistolam timeret q̄ in
quid in ea inter illustres viros viri docti
poetas quos ipsi tanto clamore confun
dere si possint conantur enumeret porro si nes
ciunt plectant actus apostolorum et sentiant in
quid paulus versus poeticos studuerit et
noverit Invenient quippe eum non fastidisse
in ariopago adversus atheniensium obsti
nationem disputantem uti testio poetarum
eumque alibi menandri comici carmine v
sum dum dixit Corrumpunt mores bonos
colloquia mala Et epymenidis poete
si meminerim allegat versiculum qm adversus
hos aptissime dici posset dicens Cretenses
semper mendaces male bestie ventris pigri
Et sic non qm ad celum usque tertium raptus
est q̄ isti sanctiores volunt pretium vel
turpe arbitratus est legisse atque didi
cisse poetarum carmina Insuper perscribet
quid scripserit dyonisius ariopagita
pauli discipulus et xpi martir egregius
in suo Ierarchie celestis libro Non
tentione quippe dicit consequitur atque probat
divina theologia poeticis fictionibus uti inter
alia ita dicens Et enim valde artificialiter

no Ieronimus finisse terencianum

paulus apostolus nomine poetu

Dyonisius ariopagita

homer

Theologia poeticis satis formacōibꝫ ꝗ
nō figurat intellectibꝫ vsus ē nōm vt
dcm̄ est, aium̄ venelant et ipi ꝑpa ꝗ cōctu
rali sreductione gaudens, et ad ipm̄ re
formas anagogitas stas scripturis ꝗ alia
multa q ad hanc simam subsequitur et
ut reliquos postremo sima quos adūsus
bestialitate hoꝝ posse mducē nō ne ipe et
dn̄s ꝗ salvator nr̄ multa in parabolis
loqutus ē conito ꝗuenientibꝫ stilo nonne
et ipe aduersus paulū prostratū tereti
verbo usus est scilꝫ durū ē tibi cont stimu
lū calcitrare verū absit ut pute xp̄m dum a
terencio quatuorꝗ dm̄ ante fuisset q hec
dca sint verba assūpsisse sufficit in sat
ee ad firmadū poeticū salvatore meū
fuisse platū ut appeat nō oiō ee abicim̄
demū carmina poetaꝝ, Cm̄ md mit mgent
boatores illustres clamitabūt ne insul
tabūt adūsus carmina poetaꝝ a suomet
teste reprobati ꝗ alioꝝ plurim sroꝝ viroꝝ
testio victi atqꝫ repulsi clamabūt eqdem
insupabilis eoꝝ rabies ē sꝫ q inste tū vi
deas rex optime videantqꝫ quibꝫ vō mag
amica ē q obstinati hoꝝ ꝗterna hijs at
ta absolute dapnatibꝫ iustissimus index
deus aliqn retribuet imdetie meritū et ē
ade eis metietr̄ mēsura q ipi alijs metiunt

Nimie poete omes iussu platonis pellendi sunt urbibꝫ.

Per ininimū visum ē latratoribus
pluris conatus exposuisse omē ut ē
domibꝫ ac manibꝫ hoim si potuisset poetas
excludent et id ecce iterū aiūnt fedo ri
ut ꝗ armati platonis auctoritate insan
do gutture sonoras voces emittant aient
platonē iā dci iussū poetas urbibꝫ ee pel
lendos inde ut platoni deficiente subuenient
supaddūt ne sint lascivie tinu mores
inficiant. Cum obiectionū ꝗ si satis in supi
oribꝫ visū videat nō pigebit iterū latius
respondisse. Asperma igitur fateor phī hui
auctē esse nec spnendā si sane intellecta
sit de sensu cui ꝗfessō hij aut nichil aut
pparū sentiūt ut apparebit Quesiuit tamē
illis est poetas spote sua sollitudines hi
tare Quaobrem illos montanos ꝗ inep
tos hoies nuncupabat. Si aut violent ur
bes incolerent qud dicent morsores hij
dicerent eos ee tiranos. Si vero iūt ue
liut sinam verte et eos cultores urbiū di
ce falsū est. Constat homerū iīt aspreta
scopuloꝝ ꝗ montana nemorū post pa

tratū orbem erroa cū paupertate litus
archadum hitasse et ibidem inete videns
limudbꝫ tū egritudine captus infecta illa
atqꝫ admiranda volumi nō hybleo sꝫ castalio
melle plita yliadis ꝗ odissee dictasse vir
gilius aut ingenio nō minor homero urbe
roma tūc rerū dn̄a neglecta atqꝫ octaui
ano cesare totius orbis pncipe cuius singulari
letabat amicicia omisso quāuit sibi haud
longe a neapoli parthenope melita ciuitate tūc
etia deliciis et sudante ꝗ ocio semotū locum
quieto atqꝫ solitario litori ꝑximū et ma
tini spne ubi Johes barrilis aiebat inr̄ pmō
torim philippi et puteolos vetustissima grec
coꝝ colonia ad quem nemo fere nisi enim
quert accedebat in quo post georgicū carmē
celeste decantavit eneida Cuius se ube soli
tudinis octauianus prestare testimonium
volens cū fecisset eius sere virgilij a brundusio
ossa referri haud procul ab electa solitudine
tumulari iussit secus ea via q ad hinc pu
teolana dicit ut eo iacent mortua cui
elegissent in vivum vivē et ne semp per
antiquū vagemur q oppugnatores qua
tuorꝗ fausto testio roborata sint necgat
facile franciscus petrarcha celestis ho ꝗfecto
ꝗ nro evo poeta clarissimus nonne spreta
babilone occidentali atqꝫ potificis maxi
benivolentia q omes fere xpiani sinnopere
cupiūt ꝗ querunt pulcatorū orbis cardi
ium alioꝝ qꝫ pncipū in valle clausa abijt
insigne gallie solitudine locū ubi sorgia
fontiū rex orit et ibide omnem fere flo
rida iuvetute sua inllici vinus coletus
obsequio meditando atqꝫ cōponendo ꝯsup
sit fecit eqdem stant vestigia stabūt ꝗdm
pua domus ꝗ ortulus et dum deo placet
testes vivūt plurimi Si ergo ne plures recite
sic est nunc edepol oportunū est ut in
hoc quis labores impedat ut abeuntes ult
poetas urbibꝫ pellat. Vellē ego tamē ab istis
audire iudicum extimet platonē dum
libru sue rei pub. scripsit in quo hoc ma
dat qd isti aut intellexisse de homero
scilꝫ si urbe illa platinisset eū urbe fuisse
pellendū nescio quid rursum sint. Ego at
nō credo cū de eo multa laudanda legē
rim ua hinc eni sacratissie cesaꝝ leges di
uin virtutū prem vocitant et sepissie
eoꝝ latores ut illas maiori venacione di
gnas faciant et quodā sacro testio sto ro
borarent int cat nō inusp homeri carmina

Laus de homero pro leges

inseruit. Ut in fine prohemii codicis insertam yliadis legitur carmen. Et in eodem sub titulo de iusticia et iure. Sic et de contrahenda emptione et de legatis et fidei commissis, et aliis locis ut nimis credentes patet in pandecta pisana cognosce. Hunc insuper in fine tue plures grecorum egregie civitates eo etiam mortuo et paupere voluere, et de hoc inter se movere litigium. Ut comprehendi potest liquido per verba ciceronis in oratione pro archiadi dicit Homerum colophonii dicunt civem esse suum, chii suum vendicant, salamini repetunt, smirnei vero suum esse confirmant. Itaque suum etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt, permulti alii preterea pugnant inter se atque contendunt. Hec tullius. Quod ego etiam testari a vetustissimo greco carmine satis inter eruditos vulgato legisse memini. Sic enim

Tullius pro archia

ae ЄΠΤΑ ΜΙΑΤΟΥ ΤΙΠΟΛΟ ΛΗΓ ΑΛΑΖ ΗΤΟΜΗ
ΚΟΥΓ ΑΜΟΓ ΑΜΓ ΕΠ ΤΗ ΧΙΟΓ ΚΟ ΛΟ ΦΙΟ ΠΤΗΛΟΓ
ΑΓΛΟΓ ΑΘΗΠΑΙ id est vii. litigant civitates de radice homeri Smirna, chios, colophon, pilos, argos, athene hinc. Preterea ipse plato in eodem libro vel potius aliis quos preter conclusionum suarum inducit in testem. Ut igitur virtutum pater a legibus lacius est, si legum decus si tot civitatum civis etiam repetitus, si a preceptore ipso platone testis assumptus, stultissimum est arbitrari platonem, idem prudentissimum virum talem poetam urbe pellendum iussisse. Insuper hoc platonis iussu ennius virum urbe pellendum qui honesta paupertate contentus adeo ob virtutem suam carus scipionibus fuit hominibus quidem non solum armis et bello atque sanguinis generositate conspicuis sed phylosophie domesticis et sanctitate morum illustribus. Ut post mortem eius etiam vellent sine maiorumque suorum suos inseri cineres et suo tumulari sepulcro. Si credant hii ego non credam quod potius arbitror platonem suam civitatem optasse talium fuisse repletam. Quid preterea de solone dicemus qui datis atheniensibus legibus cum iam senex esset sese concessit poeticis urbe pellendum dicemus qui urbem dissolutam in tranquillam vitam moresque renovavit. Quid insuper de virgilio nostro cuius ut reliqua sileam tanto frontis rubore et mentis verecundia inter cives et quosque nimis dederunt quemque andiebat erubescebat, ut ob hoc iuvenis ad huc vocaretur parthenias quod latine virgo seu virginitas sonat. Cuius tot

de solone

de virgilio

sunt ad virtutem suadentia monita ut sepe iam dictum est quot sunt eius carminum verba. Cuius ne comburentur divinum opus ut ipse virgilius moriendo preceperat, octavianus cesar augustus post potius maximi imperii civis prohibitorios versus composuit quem in tempus usque nostrum leguntur. Cuius adhuc nomen apud mantuanos tanto honore celebratur ut cum cives ab augusto sublatos pro voto colere nequeant eius agellum veterem ad instar divinis honoris ab eo denominatum colunt, filiis mulieribus tamquam quoddam venerabile sacrum sones parietes ostendunt. Exoticis advenientibus quasi sua gloriam augentes solicite indicant. Non absque virtutis precipue testio ista provenimus. Et nos virtuosos urbe pellendos platonem voluisse credemus. Ostolidum capitulum possem de oratio flacco persio volterano de iuvenale aquinate multa dicere per que pateret liquido mentis platonis non fuisse tales urbe pellendos sed trahit animus ut visam integra et quod nulla tergiversatione abisti negari possint apponam. Credamne igitur ego tante dementie fuisse platonem ut franciscum petrarcham urbe pellendum censuerit. Qui a iuventute sua celibem vitam duxit adeo inepte veneris spurcitias horruit ut nostris temporibus illustrissimum sit exemplar honesti. Cuius meditatum letalis est hostis qui viciorum omnium exercitator est et venerabile veritatis sacrarum virtutum decus et leticia et catholice sanctitatis norma pius minus atque devotus et adeo verecundus ut in diceret parthenias alter est. Insuper poetice glorie facultatis orator suavis atque facundus cum cum omnis pateat phylosophie sinus illi ingenium preter humanum perspicax memoria tenax et rerum omnium que sunt hominem potest esse notitia plena ex quo opera eius tam prosaica quam metrica que plurima extant tanto splendore refulgent tanta suavitate redolent tanto florido ornatu spectabilia sunt et lepore sonantium verborum melliflua et suarum sententiarum sapida ut celesti ingenii artificio potius quam humano fabrefacta credantur. Quid multa dixerim perfecto hominem superat et in longum mortalium vires excedit. Neque ego has laudes predico quod antiquum hominem et longis ante seculis defunctum commendem quinimo dum eo

Laus f. petrarche multa

placet Vinetis atque Valentis merita
refero que morsores egregii si non
literulis meis creditis oculata fide vi
dere potestis. Nec dubito ut ex eo quem
tractat quod ut plurimum famosiores viros quem
tacere consueverunt ut ait claudianus animum
irrita presencia fama. Immo audacter assero
quia huius superet presencia famam. Tanta
enim morum maiestate tanta suavitate e
loquentie facundia tanta ecclesiastica urbani
tate et composita senectute conspicuus
Seneca est ut de eo quod apud senecam moralem philosophum de
socrate legitur dici possit. Auditores sen
cius plus ex moribus quam ex verbis tra
xisse doctrine. Et ut aliquid deliberando vi
ro isto tacito quesso hos dicant in quid ta
les poete a platone pellantur ex urbe et
si pelluntur huiusmodi referet quos intro
ducturus ipse sit cives lenones an vispi
liones atque gnatonicos epulones ceta
riosque seu forte furciferos aut similes
illis assumet. O felix o mansura diu
platonis res publica si poetas pellat et hos
cives habeat et morum vitaeque hominum presides.
Sed absit ut arbitrer doctissimum vi
rum id intellexisse quod sentiunt inep
tes hii. Quinymmo reor et poetas insignes
et quoscumque alios similes eis de non tantum
civitatum seu sue rei publice cives esse sed
principes atque magistros. Sed inquiet stoma
cantes hii. Qui hos non quos pelli iubet
plato poetas esse. Ridendum talibus
vos ipsi perquiratis censores inepti. Sed
quoniam ignorantie quorundam compaciendum
est et si male sunt meriti compaciendum tamen
est. Uti liquoribus omnibus sic et facultati
bus sua feces quod esto abhominabile et abici
enda non tamen defecatus liquor efficitur
vilior et equo modo facultas. Quid enim
philosophia regina omnium magistra veritatis hac a nimir
ce loco ut de ceteris taceam cynicos linit
et epycuros qui infandis erroribus in
noluti sese eam dehonestare in nonnullis
conati sunt adeo ut hostes videntur pocius
quam ministri. Sed queso propter hos socratem
xenocratem anaxagoram paneticum alios
que hos eodem insignitos titulo abicien
dos fore dicemus. Stolidum et ignavi
defecatoris esset officium. Quid veneranda
christiana religione sanctius. Et tamen dy
nastitas macedones fotinos et alios
huiusmodi heresiarcas longe fetidiores fece
execrabiles nec propter hos iuste basilium
cesariensem iohannem crisostomum ambrosium
mediolanensem leonem papam et alios sacros
ac venerabiles viros dicemus esse prophanos. Sic
et poesis ut de reliquis taceam habuit sua
feces ut fuere quidam qui comici poete dicti sunt.
Quorum in tantum et si nonnulli honesti fuerint homines
ut plautus et terrencius ut plurimum turpissi
mis fictionibus sua splendida poesis gloriam
infecere nisi sunt. Et huiusmodi insigni pre aliquibus pe
lignensis ovidius. Hii quidem seu mentis innata
lascivia seu lucri cupidine et desiderio vul
garis applausus scelestis compositis fa
bulis eas inmundas introduxere. Recitabant
in scenis ex quibus lascivientium pectora
provocabant in scelera et constantium agita
bant virtutes omnemque fere morum disciplina
reddebat enervem et quod preciosissimum
erat quantumcumque et in ceteris religio gen
tilium detestanda sit per eos in tam turpia
sacra deduxerat ut erubescenda a sine
etiam videretur huiusmodi quidem poetas ut in pre
cedentibus sepe dictum est non sola abhorret
christiana religio sed ipsa etiam abiecerit gen
tilitas hii quippe sunt quos urbe pellen
dos reor plato iusserit. Ego autem non urbe
sed orbe tales exterminandos fore existimo.
Sed hos propter est ne exiodus euripedes
stacius claudianus aut siles civitate pel
lendus. Ego non arbitror distinguat igitur
hii et si non odio laborant indigno male
meritos carpant sua linguentes in pace
conspicuos. Sinmechios musas in
fici non posse ob deffectum lascivientis
cuiusque ingenii

Postremo rex inclite hii nomine poe
ticum blasphemantes infandi temeri
tate petiti silentia sacra semotos antri
gorgonei aditus honestaque penetralia vene
rande poesis et puellarum choros castus ex
diminos intrare ausi sunt atque dissonis
turbare clamoribus et boecii scitissimi atque
eruditissimi viri verbis armati eis scilicet
quem circa principium libri eius de consolatione
leguntur philosophia loquente atque dicente. Quis
Boetius
has scenicas meretriculas ad hunc egrum
permisit accedere que dolores eius non modo
nullis remediis foverent verum dulcibus in
super alerent venenis et cetera. Quam ob rem non aliter
quam victores complere clamoribus et inotuas
lucubrium mentes ignominiosis opprobriis commo
nere si possit. Et cum non senciant quid
per illa verba vellit Boecius solum inspicien
tes corticem pudicissimas musas non aliter

quod si essent carnee mulieres eo quod feminini
in gramatica sint eorum nomina inhonestas obsce-
nas benefitas atque meretrices esse proclamat
et eo quod diminutivo utatur Boetius illas ex-
treme sortis et extremo etiam lupanari a fece
vulgi prostratas existimat. Nec hoc satis
et quominus hunc volunt poetas etiam esse homines
inhonestos sic argumentum deducentes suum.
Si muse Boetii assertore meretricule sunt in-
honeste mulieres sunt. Et sic hii quibus
familiares sunt ut inhonesti sint homines
necesse est cum amicitia seu familiaritas non
ex convenientia morum iniri aut stare non possit.
Has enim esse familiarissimas poetis constat
liquido etiam in carminibus eorum testantibus et
sic ut iam dictum est inhonesti sunt homines. At
nescitis ne prudentissime rex in que exitum
tendat illecebris horum astutia. Sed qualiscunque
sit veritate lucida confundenda est. Quoniam
igitur et que muse sint et quibus insignite nominibus
et quid per eas senserit illustris vir si
bene memini supra libro xi° operis huius mon-
stravi. Sed adhuc horum impietate non qui-
escente paululum laborandum est. Satis ergo ar-
bitror ex premonstratis assumi posse duplicem
esse poetarum speciem quarum altera venerabilis et lau-
dabilis est et piis hominibus semper grata. Altera
vero obscena atque detestabilis et ea est po-
etarum quos divus non urbe tantum sed orbe pellen-
dos equo modo de musis dici potest quarum et si
genus unum sit species due dici possunt. Nam dato
eisdem vocibus eisdemque legibus actualiter utantur quorum
utatur tamen naris ex actitatis videatur comprimi
fructus hec stabilis dulcis amarus ille non meo
tamen honesta una arbitrio possumus et reli-
qua inhonesta vocare. Igitur altera totis quidem
danda peromnes laurea incolit nemora casta
bene fonte et conquisita religione venerabilia
loca cognoscimus phebi socia floribus et ser-
tis ornata et dulcedine atque vocum sonori-
tate spectabilis. Altera autem ea est que ab inhones-
tis comitis tracta scenas atque theatra et
quadrivia tenet et scelestibus fictionibus ob mercede
de se inherenti vulgo placidem exhibet nullo
commendabili ornatu conspicua hec non consola-
tione virtutum non salubribus antidotis non
sacris etiam remediis egritudines langui-
dum mitigat aut sanat sed crescentes gemiti-
bus que in morte usque amplificat ea delecta-
tione qua passionibus implicitum delectant. Ex
quibus satis patet quod ignorabat vir poe-
tis infestus Boetium scilicet dum musas meretriculas
scenicas vocitabat de theatrali musarum

specie intellexisse. Quod aptissime obtrec-
tatores hii vidisse potuissent si quod post
pauca a philosophia dictum legit intellexisset.
Dicit enim: Sed meis eum musis curan-
dum sanandumque relinquite. Et ut eviden-
tius appareat quod de secunda musarum specie
loqueretur persepe in sequentibus philosophia ad curam
et consolationem Boetii in eodem libro oblecta-
menta carminum et fictiones poeticas intro-
ducit. Ergo postquam illas philosophia suo immiscet
artificio eas honestas esse existimandum est
et si honeste sunt et hii quibus familiares
sunt ut horum videtur velle deductio honesti
sint homines necesse est. Et sic honeste sunt
muse et poete honesti sunt homines quos et quos
inani turpi nota inaniter labefactare
conati sunt.

Alloquitur autor regem

Quibus potius verbis clementissime
rex horum zelantium maledicta veritudini
et inhonestati pepercissem mee in teme-
raria eorum presumptionem et vita mores que
suos longe acrioribus verbis et aculeis a-
cutioribus invexissem. Vereor tamen eos ipse
dicta multa dimisi quibus omnibus videre
noluisse in longum nimis protenderetur oratio
et multitudo verborum nimia persepe consuevit
nedum alios magnis occupatos ut reges
sunt sed et vacuos et otiosos offendere. Et id
timeo ne celsitudini tue tediosus sim et
ne videar hos quos tu dicis animos fugare velle
cum ignorantie eorum potius compatiendum sit
quam immeritum extimum prodendum. hiis si
ne prestare meus est et quod ipsi non fa-
ciunt. Ergo antequam huius libri fine tua cum gratia
fecisse nolo posuisse scilicet merita iram
omnem et eorum ignorantie nequivi et eos
amicis alloquiis verbis si forsan in consi-
lium melius possim impellere.

Poetici nominis hostes orat autor ut
se in melius vertant consilium

Vos igitur o prudentes viri iam si
sapitis iras ponite et turgida se-
date pectora. Satis enim ymo nimium
in nos odiis decertatum est. Vos primi in
insontes intulistis arma ut eo continua
vetis orbe est ex adverso pectus opposui ego
pro viribus prestante deo et mitis cause
iuvantibus ne bene merita ab infestis pelle-
rentur hostibus. Esto si adversum vos ipsi in
equum descendentes campum quantum prevale-
ant invitis meis que viribus sera penitentia
noscentis. Belligeratum tamen est et eo venti

ut cum aliquali offensorum gloria quamquam sudore
plurimo parvulum sit onus vincendi. Repressa
libido et ut equus vectibus iam possit in pace
vadamus ergo eamque capescemus ocio et
quiete laboribus demum librata cum sit bel
li premia. Nam vos doctissima ego refero ali
quantulum consolationis in procinctu et sic satis
loci paci relictum est. Credo sic velitis quem
cepisse vos penitet, et ideo eius fruamur
bonis. Quod ut me ex animo dicere noscatis
qui primus lacessitus sum primus sinare ami
citie leges incipiam et ut vos etiam faciatis
quam amicus caritative pauca dicturus sum equo
animo atque tranquillo percipite. Ecce honorabiles
viri quibus potuimus demonstrationibus elucidatum
quid sit poesis quam vos ipsi nulla faciebatis,
qui poete sunt quod poetarum officium quorum mo
res quos vos etiam fabulones scelestes homines
suasores criminum et mille malis infectos
clamabatis. Quid inde muse sunt describit
in quas inectulas dicebatis et forte arbi
trarium liquimare. Quos si tanti sunt si adeo
venerabiles non solum non dampnare debetis sed
eos colere laudibus extollere amare et eorum ut
meliores efficiamini studere volumina a quo
ne vos retrahat aut etas annosior aut fa
mosiores audisse facultates convenit ex
vobis ipsis id posse quod de se non erubuit
annosus princeps et virtutum omnium singulare
decus Robertus Ierusalem et Sicilie Rex inclitus
qui clarus olim phylosophus et medicine preceptor
egregius atque in vita eius temporis insignis
theologus cum in sexagesimum sextum vsque e
tatis sue annum parvipendisset Virgilium illumque
cum reliquis more suo fabulosum diceret ho
minem et nullius fore preter ornatum sententia
to carminum quam cito franciscum petrarcham
archanos poematum referente sensus audivit
obstupefactus se ipsum redarguit et ut eo e
go dicente meis auribus audivi asseruit se
numquam ante arbitratum adeo egregios atque
sublimes sensus sub tam ridiculo cortice
uti poetarum sunt fictiones latere potuisse ut
advertebat post demonstrationem solertis
viri absconditos esse sinique nimia corporis ex
dampnabat ingenium et infortunium quod tam
sero poeticum artificium cognovisset. Nec e
rubuit autem senio et sepe brevius in futurum
vite decimi potuit qui sepositis studiis s
plendentium facultatum ut plenum e Virgilio
sensum sumeret cepit operam dare. Sane
festina more nonnulli interrupit studium quod

si perseverare potuisset quis dubitet quin in
maximum poetarum decus et ytaliorum quemadmodum
studio tali vacantium evasisset. Quid ergo quod
regi sapientissimo summum visum est vos ne arri
pere indignum ducetis vix credam non enim vos
tigres aut immanes beluas reor quorum mitescunt
ut illarum sevitia in melius flecti non possit.
Ceterum si preter hanc piam credulitatem meam in
pectoribus vestris impetuosus adhuc in invitos per
severat hostilis ardor in vestram saltem decus
quotiens vos fingitis periculis in verba irritat
ipso per satiram phylosophie pectus et forsan aliqui
mamillas suxistis ne in totum poeticum nomen
adeo vos dicatis percipites quinymo si satis sanum
estis distincte semper ubi oportuna sit virginum
ipsa quidem in concordia discordiantia reducit
et absterssis ignorantie nebulis intellectum cla
rificat et ita quo vult ducit ingenium. Et
hoc facitote ne inhonestos venerabiles impliti
tis poetas. Ex quibus multos fuisse gentilium
confusum est. Sit nobis satis in illecebres co
mices irrue in vos vestris enormes in vos bona
actorum pace omne verum vereset intendum preterea
et hebraicis percipite non enim absque ira dici maies
tatis indigne lacessiri puto et perubstructum
esse sommo attestante quosdam ex eis sub poeti
co stilo sancto dictante spiritu sua cecinisse vatici
nia. Ex quo insuper nostro et xpianam ab iniurys
immunes suadi sunt. Plures enim ex nostris po
ete fuere et adhuc sunt qui sub tegminibus fic
tionum suarum xpiane religionis devotos sa
cros quos sensus incluserunt et ut ex multis a
liquid confusum sit noster Dantes dato ingenio sed
mone sed artificioso scriberet in libro quem ipse
comediam nuncupavit defunctorum triplicem sta
tum iuxta sacre theologie doctrinam designavit
egregie. Et illustris atque novissimus poeta
F. Petrarcha in suis bucolicis sub velamine
pastoralis eloquii veri dei et incliti trinitatis
laudes nostras quos eius in caritates ignavia petri
naviculam minime descriptione notavit. Quod
volumina intelligere volentibus sensus apperiunt hos
ultra vigent prudentii atque sedulii carmina
sacra sub tegumento ex primicia veritatem.
Et arator non solum xpianus homo sed Romane
ecclesie sacerdos et cardo heroico carmine apostolorum
gesta more cantando poetico designavit.
Iuvencus insuper hispanus homo sed eque xpianus
sub velamento hominis bovis aquile et leonis xpi
filii dei vivi redemptoris nostri actus omnes etiam
fingendo composuit. Et ne plures in medium
adducam sit ut nostris saltem parcatis nulla

Robertus Rex
F. petrarcha
Dantes
Petrarcha
Prudentius
Sedulius
Arator
Iuvencus

vos humanitas trahit. Nolite seueriores esse
mire in ecclesia quam laudabili consideratione
perspectum non dedignatur cum multi et potissi
me cum origene se hiere benigni fuere enim hunc
homines tam tepides in componendo vires ut in
nihil circa id exhaustum videatur fuisse ingeni
um, nec in scribendo fatigata manus ex quo
in mille voluminum variarum materiarum
excessisse credatur. Ex quibus omnibus more so
lertis virginis que inter spineta flores illesis
colligit digitis et spinarum aculeos sinit se
parum inlese. Quin si sis minus bene credi
laudanda suspicit et inter suos thesauros fugam
volunt videre ut igitur examinate et equa lan
ce poetarum dicta librate et quam minus iste scripta
sint sinite. Hunc autem bene dicta sunt non
dampnate qui existimetis, inestigio clarore
in poetas sublato antiquissimos aut somnios
ab ignaro populo arbitrari. Hii enim quibus ei
fuit cum sanitate prudentiam insuper in poeticam
seu poetice artificium fecere nimiores verum in
errores gentilitatis revocatos ab eis quos sepe
etiam circumstantibus catholice veritatis hostibus at
que devalicantibus voce intrepida dampnavere
aliquos colui semper adintentes eorum scripta ta
ta verborum arte composita tanto lepore sua
ma tanto sententiarum sale condita tanto orna
tu etiam delinita ut ab eis excepti fore necesse
videatur quicquid quis velit latino eloquio
apposuisse decoris. Et ne longiori sermone
vos traham ut ait Cicero pro archia hec stu
dia adolescentia agunt senectutem oblectant
secundas res ornant adversis perfugium ac so
lacium prebent delectant domi non impediunt
foris pernoctant nobiscum peregrinantur rusticantur
tur que si ipsi neque attingere neque sensu nostro
gustare possemus tamen ea mirari deberemus
etiam cum in aliis videremus et cetera. Cum igitur
non spernenda nec abicienda sed colenda poesis
et inde poete sint sapientis satis dictum est. Si autem
obstinati perseveretis in rabiem esto nobis
compatiar cum aspernando sitis nichil ad suf
ficientiam scribi posset. **Genealogie**
deorum gentilium liber xiiii explicit. In
cipit xv et ultimus feliciter. In quo autor pur
gat scriptum ab obiectis in se. Prohemium.

Hundam semissime rex quibus potui
armamentis hinc in naviculam ne
estu procellosi maris aut ventorum adverso im
petu pelleretur in litus et illisa ruptis con
pagibus solveretur. Et ne crepitantibus desuper
nimbis in ymbres soluta infestum aut cho
ruscis fulminantibus igne dilueretur aut ver
teretur in cinerem tegimenta super addidi que
oportuna ratus sum. Necnon et pretere
atque rudentibus illa illigatam scopulis ne
ab undis se retrahentibus una cum illis tra
heretur in pelagus adversus vero dei iram nil
mortalium obstacula innuant et ob id sinus
in manibus linquenda eius sum ipse absque
cuius suffragio nil perfecto stare potest
illa servet misericordia sua. Nunc autem
superest ut iterata in fatigatum nauta tela
excutiam ac si possim qualitercumque amonea
tamen enim dubitet quin petatur a multis. Ea
ne vita forte nimis equo aio visus sum quod
tulisse quam in poesim et poetas immissa fu
ere. Sic summa cum patientia quam in nauta
evolanerunt quocumque visum iniussa per
feram. Nec huius patientie vero longe abest
inditum quippe meo iudicio perulit poesis
et elegantes hac in facultate viri la
cessiti sile. Nescio verum superborum an ig
narum potius maledictis dixerim. Nauta
autem non sit. Nam si pro viribus conatus
sit arte nautica per maris vertiginose
anfractus et confragosa scopulis freta
cimbam in tutum deducere ne iuste redargui
possit. Scio tamen quod multarum reddi digna
ius sit et id ex multis eo minus advertere
te commisse forsan merito redarguim et
agam igitur quod potero innate deo ne ob id
temerarie vidit egisse quod fecit spe me
eripiat de faucibus malignantium qui ex
caminis ignis ardentis eripuit illesos
israhelitas pueros sperantes in se et in
fine laboris optimum me deducat in sin
cerissimum nomen gloriam et honore. **Perseue**
rare usum oportuna pretiosa forte nunc

Circumspicient scio colosseum hinc un
dique jamdudum seu alii intentis oculis
carptores egregii eosque conspecto ariolor
dicturi sunt pia forsan intentione. Dum enim
bonum est bonum mentes cognoscere tam grande
opus minime oportunum esse et id in precio
non futurum hii quidem paucis hiis verbis
fere opus omne convenient cum a quadam
non satis expressa veritate videatur obie
ctio non solum colorari sed etiam approbari. Ceterum
enim non dicant inmutum primo non dicam
non oportunas sed etiam superfluas fore po
etarum fabulas ex quibus hoc opus omne
consistit. Verum ego aliter sentiendo. Vereor fa
teor enim fabulis opus hoc omne consistere

Cicero

Lib xv

Sic si concessero hoc minime oportunu
multa etiam non oportuna, et hec inter op9
hoc preciosissima fore monstrabo Et in
de hoc opus quam utile tam rei pu. q p
uate sic ondam inter oportuna etiam man
du In preciosis usis & maximo et multa
minime oportuna & artificio hom adiuncta
et iure ope facta monstrant Exiguum9
enim lapicidas cementarios dolatores
& architectos insignes volentes domos
construe quas rudis villicus ex luto &
palustribus calamis oportunas erixisset
Templa capitolia palacia regum
populorum atque principum maximis sumpti
bz constructa pictura superflua decora
mus aureis celatis & vasis utimur cu
oportunitati possint deservire samina
sic corone purpureis vestibz & armil
lis aureis delectamur cu lameum simplex
tunicisque pectoris oportunitati suffici
at, et sic artes & ornamenta que minime
oportuna sunt in precium devenere Sz quod hoc
homim abitione quis posset preciosa dicere
videamus inquid et natura rerum dise
tissima etiam circa superflua abitiosam
velimus dice Et queso ad quid capitis
capillitium oportunum sit nemo dicet il
lud tamen multi firmat adeo preciosum
fore ut, si absque eo veniens incedat sine
etiam connotata gratie nulli placere non
possit, cuique tunicii existiam a cesare dictatore
ut ad contegendum calvicium perpetua laure
am a senatoribus impetrunt, ad quod hom
verba quia si quis etate procetus careat,
non absque rubore hominibus immisceat alijs
Ad quid cornua cervo Ad quid pitte volu
cribz penne concesse sunt, Ob ornamentum
non ob aliud videri potest Et sic ne per plura
discurrim quod alias non erat in precio or
namenti causa efficitur preciosum, et si orna
menti causa quid efficitur preciosum hoc presto
opus erat in precio Quid enim pulcrius in
collocutionibz hominum quam non inepte inseruisse
fabellas sententijs Quid decencius quam fruc
tuosos fabularum sensus eisdem applicasse col
loquijs Et hoc opus huiusmodi prestabit
habunde hec insuper ponderosis & acutis
oroibz plurimum afferre decoris satis appet
cum passim mixta septis oracionis Solonum
& aliorum prudentium virorum Illa legamus po
tat Igitur sufficere credidisse hoc opus precium
ornamenti causa Sz huic superaddit utilitas

tam publica quam privata ex qua precium maius
efficitur Existimabant enim nonnulli poetas
peritos homines simplices tamen composuisse fa
bulas & per consequens non solum non utiles sed il
los arbitrabantur dapnosos et discurrentes
legendo nullum ex fabulis emolumentum sume
bant, hoc autem opus dum fictoribus velamentum
amovet et eruditos fuisse viros poetas
ondit, et legentibus facit fabulas cum delec
tacione fructuosas Et si qua falsa opinione pe
risse videbantur poete rei publice insignes et
quasi redivivi redeunt et privatim que
incognita abiciebatur utilitas per hoc patefacta
colligitur et ad altiores sensus & ingenia
legentium excitant Preterea spero sic vole
te deo ut hactenus fuere consurgent qui ad
poetica mentes erigent quibus non modicum
monimenta perlegent comodi per hoc opus p
stabitur ex quo fiet saltem talibus preciosum
Sz quid multa dicam Si cessent que dicta sunt
omnia dum princeps optime eius iussu la
bore suscepti tuo per hoc opus desiderio satis
factum sit Illud preciosissimum duco esto lauda
bile sic placuisse pluribus sit si tue celsitu
dini minime gratum sit etiam si placitum atque
acceptabile ceteris veniat parum apud me mo
menti fiet tunc Igitur est istud preciosum facere
aut si libet abice. Persevenire sepe

Dicas que nimis duratura videtur

Eadem forte pietate loquentur & alij di
cent quod post quam preciosum opus videant
nec bene compactum nec dum mansurum Ruinam
premonstrantibus fatiscentibus rimis Ergo hijs
premonitoribus libens gratias ago excitant enim
ob oculis meis sopitum meque solerte faciunt
ut prestem oportunitati subsidium Verum quam a
te ceptum opus sit evasurum Illud ratus sum
si satis memor es Rex inclite istud idem
circa principium testatus hijs quibus potui
roibz ondens curistrabum inutilium citatibz
plenum existimare Illud futurum et ut satis
appet, et isti animi mea me non fefellit p
meditacio Et id circa deffectum huius sunt
excusandus verno sane quibus adminicu
lis potui illud in robur deduxi Nec post
quam deductum enim excogitatas aut novas q
ticrit rimas vetes aut & prius quod au
olant isti arbitror adeo repete non faciet
Nam si more mortalium per coniecturas de
futuris predere velimus in longum perseverabit
hoc opus videmus enim persepe in saxo firma
tas artes in ruina ire cicius quam in palustri

Que utilitas ex poetarum
lectione consequitur

luto piscatoria situata dom⁹ hij aut̄ qui
sibi non satis firma edificia norūt vigi
lātes inspiciūt sepe et sic si exigat oportu
tas restaurāt fundamēta resarciūt pari
etes tecta tignis et solaria varijs adminc
tis suffarciūt Et sic q̄ illico casura vide
bant̄ nō nūq̄ recta deducūt in seculū
Vetus qui fortia se possid̄e existimant
Ma dum secura quiete tenent̄ et ecce la
pis unus grandi pond̄e pressus arctus
trepitat et omē secū trahit edificiū i
ruinā Sunt ꝛ alij casus palacia abit
invidia et odia excidiū parant parua
domus paucis ꝛ possessori cognita q̄ diu
deo gratū est ꝑseuerat Quis arbitrari
potuisset ylione redeunte ad hic priamy
ciuitate tot refecta viribꝫ tot diuicijs s
plendida regnū toci⁹ asie arcem toti in
nate grecie lapsurā ciciius priapis atglaij
sophidij tugurustiolo Sit et robustos
vidim⁹ iuuenes innati atq̄ preclara vali
tudine decoros ꝑua interueniente febricu
la seu accidēte alio in repētinā fere precipi
tari morte Vbi nō nūq̄ invalidi senes in
longiore eciā q̄ voluit euasere vita Sꝫ
quid refert ꝑ exēpla discurrere quoꝝ hu
datissima vita mortalis est dicant isti
q̄d volūt et ego quod cupio arbitror hoc
cū scio certissimū Nisi dn̄s custodierit
ciuitatē frustra vigilant qui custodiunt
Jlla ꝑpria est firmare atq̄ conterere ignis
solius e quatum mundana oīa in longum
duratura sint seu q̄ cito casura sciire pru
dentū in eo spes omīs est ipē videat Ego
quidē quia carnosū opus meū cognom
eidē humilitati mipam sacē quia deus hu
libꝫ dat graciam Sed quid ego de longitudi
ne eni hui⁹ verba facio cū michi ꝑ maxi
sit adeo carnosū adeo inutile adeo carnosū
Vti illud corposuisse potui ad tuas vsq̄ ma
nus in regio ꝑuenire queat vt nō dicam
vigilēcia sꝫ obediēciam mea cognoscas sat
hoc m̄ tēporis erit Si tande vlterius ꝑseuet
diuine bonitati ꝛ fortune regie inputa
dū existimo

Sequiuisse mebri h⁹ aptius collocari

Suppleuerunt quidē ariolor ꝛ inspicis
q̄ alij inspexere dicēt optabili fore
ꝑudenti hanc concide molem q̄ consiste
dum cū casu destrue ei⁹ sublatius sit quos
ꝑseueratio demostrabit et hic potissie
q̄ latū pectus extrāneos expectore tibie
formate sint et pedes in vertice reuoluti
O sima socratis felices medici quoꝝ tra
tegunt errores cū sepulcra sepissime et
vndique qui in ꝑaculo sint caninis lacent
dentibꝫ aut saltem infestent latratibꝫ
q̄d summo exquisitū atq̄ compositū labo
re e et illustrium viroꝝ ante ubi possi
sint firmatū ꝑtermitū verbis fere de
iectū e Sꝫ quid paciēda sint omīa vt
conculcet̄ humilitate ꝑtrina hijs tū sit aien
tibꝫ quid rursus sum nil veo ꝑter quod
nouerit de ꝑncipio genealogie hui⁹ mul
tos multimode opinatos q̄d nec circa
hui⁹ ꝑrimi volumis libri inicium omissū est
atq̄ orsum qui vetustissimū supserim
vt de certis aliquis haberet̄ medio et hinc
vetustissio capiti ꝑut coperisse potui suc
cessiue ꝑtuc ꝛ reliq̄ mēbra appliciū sita
he veriores sint aut pociore ostendentes
ordine quod nō nego fore possibile Et
si multū vigilauerim plura ꝛ varia re
voluendo volumia nō vidisse fateor nec no
in quo ordine mēbra tā ingentis corporis
posset apti⁹ collocari ꝑducant q̄ ipi in
mediū quod nouerint vt eis visis sinire
q̄ scripsi dāpnanda sint sine fides adhi
beat̄ integra Nam dixisse tum me cūneo
coercisse pectus ꝛ nil aliud audisse e potti⁹
numq̄ retrahē q̄ laudabiliū redargue
aut vtiliū emēdare

Non appositū e q̄d nunc comptū est

Preter cōposicōis inercia paulo an
redarguta multa eē omissa q̄ appo
ni debuissent hij forsan supaddent vel
alij hoc ego si velim negare nō possim
cū meminerī salte despectantibꝫ ad supfi
ciem fabulosam ob libroꝝ defectū circa
hui⁹ opis ꝑncipiū scripsisse multos exp
le deoꝝ de futuros hoīes Et si tū libri te
peni dicant quis mortaliū tā audax
e vt ꝑpropere dicat vidisse se omēs atq̄ le
gisse ego aut̄ cū non viderim eciā quos
alij vidisse potuē absq̄ frontis rubore
cōfiteor multos omissos fore et nonnul
los forsan ob labilis memorie culpam
Non eni sufficit visis et idcirco indul
geant queso memores ꝛ q̄d ignorancia
seu obliuione factū e noluit cōmprehene
malicie Adest et res alia in qua forsa
ꝑut oblocqui viri sublimes stili circa expli
cacōes sensuū fabularū exhibitas Absit
vt hijs ego velim obsistere possibile ē

hmilia diuici⁹ durare q̄ alta

sima socratis

reor cum indignus de me ausus sim tam magni
principis qui inermis ad hec valere nitens
sim. Et quis ex perfecto homine perfectum exquireret
opus? solius dei est opus perfectum deponere
cum et ipse perfectus est. Si quid tamen temerarius
egi circa hoc tuo iussu, rex optime, implevi
egi. Et ob id circa hanc partem minus bene
gestum imponat omnis celsitudini tue sit.
Ergo hos prudentiores deprecor per venerabile ac
sanctum principis nomen quod colunt existimo, ut
quadam sapientum auctoritate decet, ut minus bene co-
missum insistant. Ita pia humanitate etiam
videant. Non enim insuetum est ut nedum eru-
ditos homines videre quod indoctus non vide-
rat, sed aliquem indoctos vidisse quod minime
viderint eruditi. Homo etiam sum ego et hominem
peccasse nec novum est nec mirabile, ait
enim Flaccus: quandoque bonus dormitat Homerus.
Certum preterea Argo fuit oculis unum et unum
vicissim dormientes vigilantibus reliquis et
tamen cum in sompnum aliquem ire permitteret
omnes tamisse non potuit. Si ergo cum in tan-
tis sint et hii quandoque a sopore tacito vincan-
tur, mirabile non est. Experiantur igitur quod
quod a me pretermissum est et fabularum enu-
cleationes suppleant aut si minus debite
quid expositum sit immutent et in melius quod
minus decenti opinione firmatum est refor-
mantes emendent. Ergo quidem et si non plene
vere tamen atque sancte scribere nitens sum. Quod
si minime factum est, non adeo abstinate per-
tinax sum quin meum humiliter fatear errorem et
grato animo emendationem suscipiam tamquam homo
qui et si iam totis pedibus in senium ten-
dam doceri non vereor, immo cupio et postula-
tor. Hoc enim si fecerint perfectius incedet
opus et ergo doctior perfectus magis eorum li-
beralitate laudandus efficiar.

Nullas fabulas aut historias nisi ex
commentariis veterum sumptas misse. c.

Insurgent hos preter et alii et quasi sacrilegum
clamabunt quod inauditas fabulas
et historias ut textus ignotiores et implica-
tiores facere inmiscuerim. Fateor non novas
fabulas aut historias immiscuisse verbis.
Et forsan a multis ex latinis hiis man-
ditas seculis, ex quibus nullas nisi ex comen-
tariis veterum sumptas apposui, nec ut i-
gnotiores ac implicatiores textus exten-
derem. Et sic oportunitate exigente factum est.
Discolorum quippe et male sentientium comicien-
cium conquestio talis est. Nil enim equo animo
pati possunt. Si faciles textus suspexeris et laxa
quadam claritate patentes, pedestrem dicunt
stilum et puerile pedagogium redolentem et
fastidientes abiciunt. Si paululum acriorem
dictaveris primo ingressu fatigati cum non
obvius sensus e vestigio tendit ingenio
scribentem accusant scabrosumque dicunt etiam
si facili sit artificio devinctus et indigna-
tes negligunt. Ego quippe nulla perplexione
circumvolutum scripsisse me reor, nec video esse
si ex composito fecissem quid intercepte fa-
bule quantumcumque ab eis inaudite possint
difficultatis aut obscuritatis afferre. Reor
tamen hos astu quodam tacito velle fabulas et
historias sibi incognitas dampnandi causa
non verius sub pretextu textus implicati.
Iam dictum est ex comentariis veterum sumpte
sunt omnes ut referentium autorum nomina testantur
apposita, quas si forsan alias non viderit quis
mirum esse possit, non quod legerit reprobandas
existimare non debent. Certissimum ergo habeo
eos multa vidisse que michi penitus incognita
sunt; sic et ergo legisse potui que nondum ad
eorum devenere noticiam. Nemo solus preter
deum cognitor rerum omnium haberi potuit unquam.
Eo igitur animo a me composita legant quo
volunt alios legisse sua, et forsan aliquantum
acer videatur contextus cogitent in viros
ingenium et sentientes advertent plurimum esse
quod arbitrabuntur obscurum.

Insignes viros esse quos ex novo inducit in testes. c.

Hoc puto quod hec etiam erit querela quod in
testes scripturarum manditos auto-
res veteres et novos incognitos autores adhibens
nimium prestanda fides sit incertum est ut eis
de querimonia hec aliquid gravitatis
nam quantumcumque novi fuerint qui ex auto-
ribus nostris veteres sunt videtur quod per multa secula
presentatum est a longitudine temporis approbatum
sic et inde plurimum auctoritatis suscepisse quod
tamen de omnibus novis quantumcumque virtuosi sint in-
ti arbitrari debeat apud multos videtur in
pendulo. Ego autem huius sententie sum nisi
enim diviatos hos quos novitas approbatum
non sit cum ab eorum novitate necesse sit ex
ordine approbacionem sumendum. Et sic eos quos
ego novos inducto cum viros noverim aut
nostram meritorum eorum artibus egregios esse
viros atque probandos ausus sum in testium
enotare. Hoc enim michi constat ex omnibus eos
fere per omne vite tempus studiis vacasse sacris
eos inter insignes sanctitatem et moribus semper

Flaccus

Contra improbatores textum

versatos homines eos vita laudabiles nec
ulla temporis nota signatos eorum scripta aut vidi
a prudentioribus etiam approbata. Credo hiis
argentibus equiperanda sit eorum novitas
vetustati. Verum ne quis arbitretur me in
mis grandes produxisse viros eos quos velim
mea auctoritate probabiles facere libet de nominis
ime aliqua sigillatim scribere et ut aliorum iu
dicio si satis bene dixerim appositum sit.
Induxi igitur sepe generosum atque venerabilem
Andalo Ianuen. senem Andalo de Nigro Ianuensem olim
in montibus astrorum doctorem meum cuius
quanta fuerit circumspectio quanta morum gravi
tas quanta siderum notitia tu nosti rex optime.
Tibi enim ut aiebat ipse cum adhuc iuvenis
esses ob bone conformitatem studiorum famili
arissimus fuit et ut ipse vidisse potuisti
non solum regulis veterum ut plurimum facimus
astrorum motus agnovit sed ut cum universum
fere peragrasset orbem sub quocunque clima
te sub quocunque orizonte experientia discur
sum certior sensus visu didicit quod nos discimus
auditu. Et ob id et si in omnibus illi fidem
prestandam crediderim circa ea tamen que ad
astra spectare videntur non aliter quam Ciceroni
circa poetica exhibendam censeo. Huius in
super plurima stant opuscula astrorum celi
que motus ostendentia que quanta sibi cir
ca talium prominentie fuit ostendunt. Uti
Dantes Allegh. senem hunc sit et Dante Alligerii Florenti
nus poeta conspicuus tamquam precipuum ali
quem inter viros meretur. Quid fuit enim ut
cives suos egregia nobilitate vendens et
quantumcunque tenues essent illi substantie et
acriora familiari et postremo a longo
exilio angeretur semper tamen phisicis atque the
ologicis imbutus doctrinis vacavit studiis
et ut adhuc Iulia fatetur ... par etiam
eadem sepissime adversus est ... tumque adverso
circa quantumcunque facultatem volentes respo
ndentibus aut positionibus suis obiecte disputans
intravit gymnasium fuit et hic circa po
etica eruditissimus nec quidquam illi laure
am abstulit preter exilium. Sic enim firmave
rat animo nunquam nisi in patria illa sumere quod
nunque illi permissum est. Sed quid plura qualis
fuit inclitum eius testatur opus quod sub
titulo comedie rithimis florentino ydioma
te mirabili artificio scripsit in quo profecto se
non mithicum sed christianum catholicum atque divini
potius ostendit esse theologum et cum fere iam to
to notus sit orbi nescio utrum ad celsitu

dinem tuam sui nominis fama pervenerit. Ame
minimus insuper esto raro Franciscum de Bar F. de Barbe
barino traxisse testem hominem quidem hone rino
state morum et spectabilis vita laudabilem
Qui etsi sacros canones longe magis
quam poetica noverit nonnulla tamen opuscula
rithimis vulgari ydiomate splendi
dis ingenii sui nobilitate testantia
edidit que stant et apud ytalos in precio
sunt hic intelligentie si dei homo fuit et re
verentia dignus. Quem cum inter venerabiles
non dedignentur Florentini cives optimum semper
et in omnibus fidedignum habent testem et inter
quoslibet viros egregios numerant. Tra
ho preterea aliquem Barlaam Basilii Cesarie Barlaam
sis monachum Calabrum hominem olim cor
pore pusillum pergrandem tamen scientia et grecis
literis adeo eruditum ut imperatorum princi
pum grecorum atque doctorum hominum privilegia
haberet testantia nec diu hiis temporibus apud
grecos esse sed nec a multis seculis citra
fuisse virum tam insignem tamque grandi scientia
preditum. Nomine certo hunc et potissime
in rebus ad grecos spectantibus ego cre
da non enim opus suum aliquod vidi esto
composuerit nonnulla audiverim habuim
tum ex suis scripta quedam in nullum re
ducta librum nec aliquo insignita titu
lo que etsi illum non satis in latinis licteris
instructum ostendent eum tamen multa vidisse
atque perspicacissime sensisse monstrabant.
Equo modo et Paulum Perusinum gravissimum P. Perusin.
virum celsis immixtos qui et etate provectus
et multarum rerum notitia doctus fuit
diu magister et custos bibliothece Roberti
Ierusalem et Sicilie regis inclyti. Et si unquam
curiosissimus fuit homo in perquirendis iussu
etiam sui principis peregrinis undecunque libris
historiis et poeticis operibus iste fuit et
ob id singulari amicitia Barlae iunctus
que a latinis haberi non poterat eo medio
in innumera exhausit atque ex eis hic ingen
tem scripsit librum quem collationum titula
verat in quo inter certa que multa erant
et ad varia spectantia quecumque de diis genti
lium non solum apud latinos sed etiam apud gre
cos invenimus patet adiutorio Barlae arbi
tror collegisse. Nec dixisse verebor ego
iuvenculus adhuc longe antequam tum
hoc opus animum meum traherem ex illo
multa avidus poetice quam intellexerim sump
si et potissime ea omnia que sub nomine

theodontii apposita sunt. Quem librum maioris
huius operis incomodo videre imprudentie con-
tigisse cum eo defuncto cum pluribus aliis ex li-
bris eiusdem deperditum comperi. Puto igitur eo
tempore quo iuvenis primo cognitus est neminem illi in
talibus equiparandum fuisse. Post hos et Leontium
Pilatum thessalonicensem virum et ut ipse
asserit predicti Barlaae auditorem persepe deduco
quem hominem aspectu horridus homo est turpi
facie barba prolixa et capillicio nigro et me-
ditatione occupatus assidua moribus incul-
tus nec satis urbanus homo verum uti experientia
notum fecit grecarum litterarum doctissimus et quadam-
modo grecarum historiarum atque fabularum ar-
chivum inexhaustum esto latinarum non satis
ad hunc instructus sit huius ego nullum vi-
di opus sane quicquid ex eo recito ab eo viva
voce referente percepi. Nam eum legentem ho-
merum et mecum singulari amicitia conversan-
tem fere tribus annis audivi. Nec infinitis ab
eo recitatis urgente etiam alia cura animum
acrior suffecisset memoria in cedulis quem-
dassem. Similiter et Paulum geometram con-
civem meum quem tibi rex inclite fama no-
tissimum scio ad hoc assumendum aliquando va-
tus sum eo quod noverim nulli usque alteri tem-
pestate hac adeo sinum arismetrice geome-
trie et astrologiam aperuisse omnem uti
hunc aperuere in tantum ut nil arbitrer a-
pud illas illi fuisse incognitum et quod
mirabile dictu est et visu longe magis quicquid
de sideribus aut celo loquitur confestim
propriis manibus instrumentis in hoc opportunis o-
culata fide demonstrat spectare volentibus.
Nec est hic tamen parte aut ytalis notus
longe quidem studiorum parisius fama cla-
rior est quam apud suos sit. Sic et apud bri-
tannos hyspanos quoque et affros quorum penes
hec in precio studia sunt. Et quidem felix e-
rat homo iste si alio fuisset ardentior aut
liberaliori seculo natus. Quid tandem. Ut
franciscum petrarcham florentinum venera-
dissimum preceptorem patrem et dominum meum mit-
tam rome ex senatus consulto approbante Roberto
Jerusalem et Sicilie rege inclito ab ipsis sena-
toribus laurea insignitum inter veteres
illustres viros inducam potius quam inter
modernos induco. Quem non dicam ytali
omnes quorum singulare et perpetuum decus est
sed et gallia omnis atque germania et re-
motissimus orbis angulus anglia grec-
aque plures poetam novere precipuum. Nec

dubito quin usque cyprum et ad aures usque tue
sublimitatis nomen eius inclita fama detule-
rit. Huius enim iam multa patent opera et me-
trica et prosaica memoratu dignissima. Certum
de celesti eius ingenio testimonium sunt in
ferentia. Stat enim exitum cupiens ad hoc
sub conclavi clausa divina Affrica heroi-
co carmine scripta primum Affricanum narrans
magnalia. Stat buccolicum carmen iam
ubique sua celebritate cognitum. Stat et liber
epistolarum ad amicos metro scriptarum stilo.
Stant preterea insertia duo epistolarum prosaica
volumina tanta sententiarum tanta rerum gesta-
rum copia tanto ornatu artificio splen-
dentia ut in nullo cicero maius post po-
nendas eas censeat lector equus. Stant in
medicum invective. Stat solitarie vite liber.
Et qui paucis post diebus in lucem novis-
sime venturus est de remediis ad utram-
que fortunam. Sunt preterea et in officina
plures quos cito eo vivente fabrefactos le-
gemus in publico. Quem quoniam hunc in teste
vocavi nimis dies eius fidem prestare
deneget. O nisi paulo ante tertium calendas
scripsisse quot et quantas eius possem super
addere laudes quibus dictorum ab eo fides am-
plior deveniret. Sed ad presens dicta sufficiant.
Hec igitur que de nominis dicere volui ve-
rum ne de incognitis antiquis ab his vide-
ar omissum pauca dicenda supersunt. Di-
cent usque hii me inauditos a se inducere
autores quibus quia eorum nomina non audiverint
non illis integra prestanda sit fides. In-
sipientis equidem est credere nil preter quod
viderit fidedignum quia litteris fidem legendo
imperat ipse fateor me autorum plurium in hoc
forsan nomina nonnullis modernorum pere-
grina sunt dicta et fabulas recitasse eo
quod ut iam dictum est antiquitate videantur
probata. Et hos omnes aut vidi et legi aut
a veracioribus allegatos comperi. Quos si
hii querulli non viderunt aut eorum non au-
dierunt nomina non autorum sed desidie eorum crimen
est et id sibi imputare non de me conqueri
debent. Non enim possunt volumina ex bibli-
othecis in manus evolare torpentium nec
qui viderunt debent visorum nomina hostiatim
deferre. Legant perscrutentur et invenient quos
non noverunt et peregrinus efficietur domesti-
cus et complectentur eos sic autoritate valere uti
arbitrantur valeat quos legerunt. Hec
igitur hec que de autoribus tam nominis quam ve-

Leontius Pilatus

paulus geometer

nota in affrica sue in pretio studium

florentissimus f. petrarcha

teris a me productis dicenda videor. Quorum si me ad inducendum non provocaret merita, ad id oportunitas cogeret. Hinc enim civiles et canonice leges preter textus multiplices hominum nequicia semper auctos apparatus suos a multis hactenus doctoribus editos, hinc philosophorum volumina diligentissime commenta composita, hinc medicinales libri plurimorum scripta omne dubium enodantia. Sic et sacre littere multos habent interpretes. Necnon et facultates et artes relique glosatores proprios habuere, ad quos si oportunum sit volens habet unde recurrat et quod velit ex multis eligat. Sola poesis que per paucorum semper domestica fuit, nec aliquid afferre lucri avaris visa sit, non solum per secula multa neglecta atque deiecta, sed et variis lacerata persecutoribus hiis caret subsidiis. Quam ob causam saltim hinc illinc ad quecumque possimus absque tam celebri se lectores recurramus necesse est. Et si non multa dare quocumque saltem quod modicum possumus excerpamus. Quod a me factum persepe intelligenti satis apparet, cum non numquam non tamen ad novos auctores diverterim, sed ad glosulas etiam auctoris carentes nomine devenerim. Et idcirco queso sic oportunitate volente non solum inauditis veteribus sed et nomine etiam auctoribus acquiescant.

Carmina ~~non~~ greca nonnullis agentibus causis huic innexa sunt operi.

Seu hos seu alios arbitror non dubito quin dictatoris greca carmina operi meo inseruerim. Quod satis adverto non ex caritatis fonte emissum, quin immo credendum livoris impulsu impellente excandescentis cordis intrinseco hoc emittent obiectio impie factum esse. Sed ego profecto non commonebor, o petulans, ideo sed more solito humili gradu in rixam ibo. Dico igitur si nescitis carpere immeritum insipidum esse ex rivulis querere quod possis ex fonte percipere. Erant Homeri libri michi et adhuc sunt, quibus multa operi meo accommoda scripta sunt. Et ex hiis satis percipi potest plurima a poetis assumpta a quibus tamquam a rivulo non est dubium sumi potuisse et sumpsi sepissime verum visum est aliquid satius ex fonte sumere quam ex rivo. Nec semel tamen contigit non in rivo repperi quod habundantissimum erat in fonte. Et sic aliquam in hoc habet delectatio immensitas ipsius. Delectat insuper scriptores nonnullos aliqua scriptis inserere que habeant mo-

lectorem sistere ac in oblectatione seu quiete deducere, ne perseverator nimia misso-tate lectionis tractus in tedium aliquando desistat, quod inmixta carmina forsan potuerant aliquando fecisse. Insuper quod in propria forma positum est habet vires testimonii pleniores, si forsan obiurgator insistat. Si sit ergo qui scripto a me carmini fidem non prebeat, adiuncta Yliade vel Odissea facile poterit vidisse utrumque vera aut falsa descripserim. Et si vera erit plenior testimonii certitudo. Nec insuper ego solus sum qui inseruerim greca litteris, veterum consuetudo est. Volvat si libet volumina Ciceronis, videant scripta Macrobii, intueantur Apulei libros, et ne plures afferam, Maximi Ausonii opuscula legat: hos sepissime versus grecos latinis litteris inserentes inveniet. Horum ego vestigia in hoc secutus sum. Fateor dicet aliquis: si dudum laudabile fuit hodie frivolum esse laborem. Nam cum nemo sit qui grecas litteras norit, est consuetudo vetus abolita. Sed ego in hoc latinitati compatior, que sic omnino greca abiecit studia ut etiam non noscamus caracteres litterarum. Nam etsi sibi sufficiat litteris et in eas omnis accesserint versus sit orbis, sociate grecis lucidiores procul dubio apparent. Nec preterea omnia secum a Grecia veteres traxere latini, multa superfuerunt et profecto nobis incognita quibus possemus sentientes effici meliores. Sed de hoc alibi. Hii denuo non prospectant ad quem hoc opus ego dirigam, cum laborem impendam indissertatum, quippe qui eruditissimo regi et cui tam grecarum quam latinarum litterarum si vera fert fama noticia est. Et que penes cunctos docti homines greci sunt, quibus greca carmina ut hiis ignaris non videbuntur superflua. Sed quid multa gerimus? Paululum obiurgatoribus more dictatoris tum greca carmina scripsi quid michi quo mordendus sum cum ea nimium facio si invectator meo. Si nesciunt, meum est hoc decus, mea est gloria scilicet, s. in etruscos grecis uti carminibus. Nonne ego fui qui Leontium Pilatum a Venetiis occiduam Babilonem querentem a longa peregrinatione meis flexi consiliis et in patria tenui? Qui illum in propriam domum suscepi et diu hospitem habui et maximo labore meo curavi ut inter

auditores Florentini studii susciperet ei ex publico
mercede apposita. Fui equidem insuper ipse fui qui
primus meis sumptibus Homeri libros et alios
quosdam grecos in Etruriam revocavi ex qua
multis ante seculis abierant non redituri
nec in Etruriam tamen sed in patriam deduxi. Ipse
ego fui qui primus ex latinis a Leontio in pri-
vato Yliadem audivi. Ipse insuper fui qui ut
legerentur publice Homeri libri operatus sum.
Et esto non satis plene perceperim percepi tamen
quantum potui, nec dubium si permansisset homo
ille vagus diutius penes nos quin plenius perce-
pissem. Sed quantulumcunque ex multis didice-
rim nonnullos tamen preceptoris demonstratione
crebra integre intellexi eosque prout oportu-
num visum est huic operi miscui. Quid hoc ma-
li est fabulas grecorum scripsisse quarum hic liber
plenissimus est, a nomine ostentationis tamen fortasse
dicar pauculos inseruisse versiculos grecis
licteris scriptos. Lacessit potuit Marius Arpinas
superatis affris Cymbris et Theotonicis mo-
re liberi patris Tantalo in poculis uti. Sic et
C. Duellius qui penos primus navali certa-
mine superavit, a cena domum repetens seper
lumine fanalis cerei usus. Et hec quamvis
cuiusque preter morem Romane urbis essent
equo animo tulere Romani, aut in eas tacuerunt
nonnulli. Si preter morem eius solitum licteris greca
carmina miscuero et ex labore meo pauculum
glorie sumo. Rebar equidem latinitati aliquid
decoris afferre. Ubi in me humoris nebulam
excitasse video doleo quippe. Sed quid arbitror
doctos non ista decuit de reliquis et si cu-
randum sit tolerari tamen patienter. Postremo
tamen precor omnes ut placido ferant animo
memores Valerio teste quia nulla est tam
humilis vita que dulcedine glorie non tangatur.

Gentiles poetas inclitos esse theologos

Quidam forte religiosi homines sancto mo-
vente zelo legentes providentia dicent
iniuriam sacro sancte religioni vane illatam
dum poetas gentiles dicimus esse theologos
quos solos divinis licteris instructos hoc insigne
faciamus christiani decorare. Equidem hos ego
verendos homines puto eisque si qui hec aliquid
dicentes erunt ex mente gratias ago salutis nostre
nece solicitos sentio. Verum dummodo circum-
spicerent que loquantur ostenderent liquido se
paucos vidisse libros. Nam si multos stu-
duissent liber celestis Ierusalem inter ceteros facto-
sissimus pervenisse non debuisset. Insuper in eo-

rum legisse potuisset Augustinum libro sexto de
[civitate Dei] sententiam Varronis doctissimi hominis opinionem qua
ipse Varro arbitrabatur triplicem esse theologiam mi-
thicam scilicet et phisicam atque civilem. Mithica
autem dicitur fabulosa a mithon greco quod la-
tine fabula sonat. Et hec comediis de quibus
supra et theatris accomoda est que ob turpia in
scenis actitata ab illustribus poetis etiam impro-
batur. Phisica autem que ut interpretatione vocabuli per-
cipitur naturalis est, nec non et moralis quam nimio uti-
lis videatur laudabilis est. Civilis vero seu politica
que et satirificola dici potest ad urbem spectare dicitur
que ob sacrorum veterum abhominabilem turpitudi-
nem a pio dei cultu atque rectitudine fidei repro-
banda est. Ex his enim phisicam poetis egregiis
attribuit eo quod sub fictionibus suis naturalia contegant
atque moralia et virorum illustrium gesta et non
numquam que ad suos deos spectare videntur et po-
tissime dum sacra carmina per nomina deorum lau-
des composuere atque eorum magnalia sub cortice
tecte poetico ut in superioribus dictum est ex quo a
prisca gentilitate theologi nuncupati sunt,
eos quod primos fuisse theologisantes testatur
Aristotiles et quamquam a non vero deo seu a diis
deo non deo vero nomen tale sortiti sint veni-
entibus veris theologis perdidisse nequiverunt
unum sua pravitate vocabulo quod a quocunque
deo exortum est quod deorum adinventes theologi
hodierni scilicet nomen ex causa inditum auferri
non posse nec de mithica vel alia posset in-
telligi theologia si non theologos tamen sacre
theologie assumunt professores. Nec hoc est aliquid
insitam impugnandum qui christiano nomini iniuriosum. Co-
nemur omnes dicimus homines quoscunque morales
scimus constare ex anima rationali et corpore dicto
alii gentiles sunt et israhelite alii et alii
agarenj ac alii christiani et nonnulli a deo per-
versorum morum ut potius immanes belue quam ho-
mines lividi sunt et tamen nulla fit omnibus vo-
cantes christo redemptori nostro iniuria facimus
que ultra deum verum hominem fuisse cognoscimus.
Et quo modo si quis poetas dicat theologos
nulli facit iniuria. Si sacros quis illos di-
ceret quis adeo demens est qui videat quin me-
tiretur. Esto non nunquam ut in precedentibus patet
circa honesta eorum theologia versetur que sepis-
sime potius phisiologia aut ethologia quam
theologia dicenda est dum eorum fabule naturalia
contegunt aut mores. Et hec etiam circa
catholica veritatem versari potest dummodo velit fabu-
larum conditor. Quod fecisse nonnullos non

nullos poetas orthodoxos a fictionibus quorum
sacra documenta tegunt. Nec sic vis audisse
difficile utique poete cumque satis possint appellari
theologi, sic, cum sacre sint theologi, oportu-
nitate exigente deveniunt phisici. Quod si
aliter non contingat, saltem eorum sensu exprimunt
ex fabula Liguriorum sibi regem constituentium se
phisicos esse demonstrant.

Non indecens esse quandoque christianos tractare gentilia.

Veniunt alii equo superioribus forsan au-
dentiores: indecens esse christiano homini gentilium sup-
stitiones et nepharia sacra seu genealogias
describere aut componere, cum habeant, nedum talia
mentes legentium in erroneas opiniones dedu-
cere, sed persepe christiane opinionis periculo detulisse. Non infi-
tiar hoc quidem verissime dictum esse. Et arbitror
nonnullos a studio talium admonendos, et sic
etiam aliquibus absque aliqua suspicione sinis-
tra permitti posse. Quam si omnes a talibus ab-
stinere visum necessarium fuisset, non dubito quin
sacrosancta mater ecclesia decreto perpetuo vetuisset.
Fuit enim utilissimum olim, viris dum apud gentiles
nomine germinibus pullulante ecclesia adversus
eosdem eo quod adhuc saperent tam ab origine
quam ab ipsius gentilitatis pestilentia sacri in-
fecti animi atque curare ne legentes talia tan-
quam unco vetustatis tracti more canis
reverterentur in vomitum. Hodie gratia Ihesu Christi in
robur firmissimum ventum est, et execrabile
cultus gentilium nomen una cum erroribus suis
in extremum tenebras ex perpetuas pulsum est,
et victrix ecclesia castra possidet hostium. Quam
ob causam fere absque periculo talia exquirunt
ac tractant. Non tamen nego quin bene factum sit
si puer abstineat, cum memoria tenax et
tenellum adhuc ingenium. Nec dum satis ple-
ne christiana religio cognita est. Nec etiam sibi
homo quem nondum bene firmata credulitas
laxatis habenis facile in lubricum exorbi-
tare permittet. Et si forsan aliqui diuturniores
in tam obscenum timeant se labi permittent e-
tiam si nil aliud studuero vix possum credere
hoc in me contingere posse. Nam ab utero
matris mee ad fontem me regenerationis delatus
lotusque quoniam pro me cathecumino promisere qui
me sustulerunt ab illo, ut potuit humana fragi-
litas, in hodiernum usque servavi. Christianissimum sem-
per quod in fidelium hominum congregatione psal-
litur, unum scilicet in triplici personarum distinctione deum
esse, et hunc verum et eternum, atque omnium eque opi-
ficem rerum celique perpetua sede rectorem, gubernatorem,
servatorem atque victorem omnia mente fateor.

tem et a nulla contentum. Et quod mira-
bile in audito eius sed divinitatis factum est
verbum scilicet eius eternum ob umbrationem sacri
spiritus ad abolendam humani generis labem ob in-
obedientiam primorum parentum contractam in ge-
mine virginis utero prenuntiante celesti nun-
cio carnem factum et virginis illibata virginitate
in tempore passibilem atque mortalem hominem na-
tum. Quem adhuc infantem in gremio matris
a Sabeis regibus oblatis muneribus adora-
tum esse et etate crescente inter sacrilegos docto-
res dum solveret nexus ambiguos non deus
sed admirande indolis puer ab eis creditus
est. Nondum enim veritatis splendor eterne
caliginem absterserat a mentibus eorundem ut
eum scilicet illis deum repromissum cognoscerent quem
mortali septum carne viderunt. Insuper
tertium verbum eum qui etherea arce velata se-
ex deo suum assumpta forma et qui inter homi-
nes ut homo versatus est, iam tricesimum atti-
gentem etatis annum ab hispido atque silvicola
vate et ab utero matris sacro pleno spiritu ad
aperiendam eterne salutis ianuam lotum Iorda-
nis in alveo dum celum intonuit desuper
et aere minime super incumbentis nubis in
vocem solutum deitatis aientis: hic est filius
meus dilectus in quo michi bene complacui, au-
dite eum. Preterea credo et natum verbum eum age-
re apud Canam Galilee in vinum versis ut sacro
pectori absconditam divinitatem ostenderet, sup-
ito iam sacro consortio vidua urbes ex
phemitum Samariam et Galileam ambisse et
celesti dogmate in templo et sinagogis do-
cuisse, pellos lepras mundasse, elinguos
vocales fecisse, lumine cassos seu natos seu ce-
cos perditum restaurasse, aures absurdo in ca-
davera renovasse, febribus ventis et undis
imperasse et in multis signa sue divini-
tatis monstrasse. Post hec hora eius adve-
niente cum sacerdotum hebreorum invidia pri-
vate lotis a se amicorum pedibus et ingenti
illo celebrato convivio in quo sub mantibus
verbisque confectum est ceremoniarum sacrarum
illud ineffabile quo corpus eius in cibum
et sanguinem eius in potum tam presentibus
quam futuris exhibuit, uno sociorum nequam
vendente ordine in solitudine parata a
nepharia turba exquirente cum fustibus
et lanternis captum et in presentia deductum
principum et ibidem nepharie accusatum et
sua paciente humilitate false testantibus
quidem in simulatum et in hunc in pretorio

Nota articulos fidei

presidis lictorum virgis cesum, corona spinea insignitum, sputis et colaphis deturpatum, et postremo latronum more damnatum, crucique affixum sublimem, et in ea aceto et felle potatum; cumque iam humanitate victa suppliciis in fine spiritum misisset, seu et melius reor, ut Thomas de Aquino placet, cum voluntarie celestibus viribus spiritum emisisset, tremuit orbis omnis et meridianum fore solis iubar per tres horas iniit in tenebras, luna ex opposito offuscata. Esto aliter ad Policarpum scribat Dyonisius Ariopagita, quod ego minor, in eius a ceco milite perforatum lancea pectus sanguinem aqua mixtum emisit, ex quo sacra omnia nostre salutis credo sumpsisse exordium; nec minus certum habeo eum a cruce depositum atque sepultum, ac inde virtute sue deitatis, uti prisci cecinerunt vates, post diem tertiam, ceu Jonas ex utero ceti, sic ex ventre terre surrexisse superata morte, et ante diluculum domos inferas visitasse, et confractis vectibus ferreis, revulsisque postibus, atque carceris subacto Plutone, in libertatem predam omnem veterem eduxisse; post hec, sine apparuisse se sepius, et e medio eorum eis cernentibus, nulla corporea impeditum mole, cum vero corpore olim mortali, propriis viribus in celos ad eum qui miserat evolasse, et inde celestem illum ignem ex se patreque optimo procedentem, vivificantem omnia et vera cuncta docentem, in commilitones egregios immisisse. Quo illustrati bellum adversus orbis principem inivere, illicoque per suum sanguinem et vulnera multa, sacro ubique veritatis semine, et obtenta victoria, ducem suum triumphantes in patriam secuti sunt. Sic et institutam ab eodem Dei Unigenito piam fidelium congregationem, et sacrum illud regenerationis lavacrum, quo mala facinora abolentur mortalibus, cum ceteris eiusdem ecclesie sanctis sacramentis, quibus Deo obsequentes efficimur, atque lapsi nostra imbecillitate resurgimus, eique reconciliamur; nec ob id humanum sanguinem effundentes, ut efferati plures iam fecerunt gentilium, aut hircos vel tauros more veteri immolantes. Nec a me fuit unquam veritas hec amota, quin credam testimonio prophetarum diem venturam extremam, in qua resolvetur omnis presens machina, magnoque Dei opere ex cineribus suis omnes qui ante fuerant mortales cum nostris corporibus resurgemus eterni, et in prefinitum venientes locum, in quo Christus ipse iudex sedens in maiestate gloria residebit, et apparentibus cunctis sue passionis

insignibus audiemus finalem meritorum nostrorum sententiam. Sic in futura similiter vitam, in qua non meo merito sed miseratione divina spero videre Deum redemptorem meum in carne mea, et cum beatis letari in terra viventium. Hec inquam nec plura dixerim. Sincera fides hec et huius veritas adeo pectori meo infixa est, ut nequeam evelli ab aliquo gentilitatis impulsu, sed nec concuti modo aliquo aut labefactari queat. Nam et si peccator homo sum, non tamen gratia Jhesu Christi charactere teneris annis adolescens sum, qui diu a tegulis in gremium Danaes cadentem Jovem in tabula pictum intuitus et etiam in optatum a se factus animatus est. Abiit tamen a me in moribus levitas illa, si fuisset aliquando, iamdiu, quod nunc memor sum. Preterea advertes quam continuo de turpibus et explicatis ubique vocibus antiquus hostis tanquam leo rugiens, ut inveniat quem devoret, circuit in mortalium semitas, eosque in precipitium conetur impellere. Ut antidotis senex ille rex Ponti, qui magnanimo ausu supra quam magnifico .xl. annis continuo adversus romanum populum bellum ingens et memorabile traxit, a iuventute sua adversus letale venenum farmacis pectus armavit, sic et ego meum evangelica veritate, sacro Pauli dogmate, et Augustini aliorumque plurium venerandorum patrum monitionibus, consiliis atque suasionibus armavi, ex quo arma gentilicia parum pendo. Si enim, Jeronime, homo gentilium tractans stultitias, jussu tuo, rex inclite, et in detestationem errores credulitatis eorum hoc feci, ut si pia quis quoque maioribus comparare fas est, feci l.

quod etiam summa cum laude nonnulli sanctissimi fecere viri, ut Augustinus, Jeronimus, et cum nonnullis aliis etiam Lactantius. Neofidus homo michi, quod a teneris annis notissimum est, psalmista monstrante quod omnes dii gentium demones, et hinc eorum semper inepta displicuere facinora. Fateor tamen, religione eorum seposita, quorundam poetarum mores et scripta placuisse, et ob id non solum eos laudasse sed pro viribus et ab obiectionibus accusatum defendisse, ut apparet in precedentibus liquido; et hoc ideo feci ut ab ignaris non damnarentur lacerarentur, qui si Christum novissent coluissentque, nostri sublimiores iam nomine haberentur. Sed ad superiora conversus tamen inquiet aliquis: Bene operatus es premunisse cum, si adversus hostes, semper laudabile sint. Sane pro te tractatus coinquinat

apice jam plurimi dum se fortissimos extimaret
impulsi ab hoste etiam debili cecidere et si de
fuit certi quorum gestis dubius est nimis Salomon tamen
adest testis certissimus in velitatis humana
ne hinc sed omnis concessa est divinae omni
et imperii tenuit summa cum justicia populos sub
ditos tenuit deo templum edificavit mirabile
multa bona composuit Et tandem jam etate
matura tot honorum largitate post posito
consensu offensione mente maloch egipciorum
ydolum flexis genibus adoravit Quid ergo
Tu ne eris forcior salomone aut castum
spectans plenior fallimur de nobis nimium con
fidentes licet quidem negari non potest vera sunt
Attamen aliud belli genus in tam erroribus
gentilium est quam salomonem fuit cum egipciaca
coniuge Haec astu femineo advertens quam in
felicis viri animam formositate sua labasset
et deos suos extollere amicabiliter amplexu ve
nereo nunc mellitis suaviis nunc blandiciis
muliebribus nunc petulca lasciviis nunc p
cibus nunc lacrimis quas obsequiosissimas
hic femine nunc indignatione composita ab
sque intermissione non diebus omnibus tamen sed noc
tibus amatis viri animum impugnabat Quam
tyrannia et intollerabilia sunt dilectarum mulie
rum et potissime nocturna clamitia hic tandem
dum timeret mulieris quam summe diligebat
graciam amittere terga dedit et viribus arma
te femine nequius succubuit Ausim autem non
tale adversus deorum gentilium imaginis bellum est
anille jam veris rationibus a me cognitis
improbatas Et ideo cum eis exhaustis viribus
aciecque pulsis levis est pugna Sed tamen
minime de se confidisse quemquam sit vicium verum
ergo de me non confido sed de gratia Jhesu xpisti
cuius precioso sanguine redemptus sum spero
quidem eum non passurum ut qui tandem vero tra
mite cius vestigia insecutus secutus sum senex
exorbitem et si in lapsum venia manum pieta
te sua debili porriget et fessum placida que
te fovebit Sed ut in fine venia sat ex pre
missis colligi potest ubi non omnem decet titare
gentilia sic nec omnibus indecens est

Ut plurima studia sequimur in que
prona videntur ingenia

Sufficeant nonnulli vera esse que dicta
sunt non tamen quieturos verorum quamvis
arbitror dicet longe melius fuisse studiis
sanctioribus trivisse tempus quam talia didicisse
Quod si quis negget non erit equidem satis
sanus Nosco quam in promptu erant leges

cesarum et pontificum canones et medicina
quarum plurimi sanctissima arbitrabantur studia
eo quod ex eis persepe auro avidi mortales
ditentur erant et philosophia cuius optima demon
stratione rerum cause et a falsis distinguarum
vera noscuntur quibus et quibuscumque ingeniis
is appetenda erant et sacra volumina a quibus
et imprehendenda pictura docemur et dei magnalia
declarantur atque quo tramite celeste regnum
petamus ostenditur Quod studium perfecto certe proponendum
est ex hiis quibusque suspicisse forte stultus
egisse ne dicant obtrectatores Sane si quod debe
mus agemus omnes legum mister sunt post fructum
condescendet Ceterum non adeo facile est ut existi
mat aliquis velle omnia que debemus et laborare
atque consequi si velimus Nam ut cithari
sta variis ex fidibus aliis lentius aliis vero
contractius tractis hiis gravem acutum illis tum
mitum reddentibus docta manu plectroque
ex tam discordantibus tonis reddit suavis
simam armoniam sic et natura parens cum in ex
hausta vires et perfectum ingenium est productura
hec pericia diversis officiis apta Ut ex
hac officiorum inconveniencia resultet humani
generis certa quod plurimum necessaria est conser
vacio atque ubi in longa conservationem
iri non possit nova producto advertens quam si
uniformes producentur omnes ut de reliquis
sinam homines nulla possent produci nec esset
per temporis ulla racione consistere Ergo hinc
fit ut discreto nature ordine hic ex morta
libus nascatur faber ille nauta mercator a
lius et quidem sacerdocio apti aut regimini et
nonnulli legum latores presides poete philosophi
seu sublimes theologi ex quorum studiis
variis tam infectis multitudinis hominum con
servacio resultet necesse est Nam si omnes qui
ad unumquemque spectat si possit ad studia
sublimiora conscendere in theologia viri
lates verumtamen et agricultor absit ex quibus
ipso fructibus tam nobile sequentes studium
nutriremur Si cementarius si lignarius
desit quibus in tabernaculis ab ymbribus
ventis a frigoribus ac solis estu et aliis
incomodis assidue super imminentibus tuta
bimur Si non sit lanifex non credo ut vestes
et calciamenta sumemus Quid enumerem
multa ut incomodum humani corporis intuentes
differencia qualitate et officio membra a
natura rerum apposita sunt ut ex hac diversita
te consistat uti melodia ex diversitate
tonorum sit et ut humanum genus perseveret

nec sint ad studia mentes differenter contigue
nimur. Et si ab ipsa natura quod sit celos sit
astrorum orbes et cursus varia etiam agita
cione disposuit attente deo ut nonnullo
labore suo ad officia quosdam varia nos
videmus. Quis queso feliciter audebit ab
eo ad quod natus est in aliud transitum
attentare. Non quidem adeo ignarus
sum quin noverim liberi arbitrii que omnes
valemus potentia possimus nature superare
vires quod egisse nonnullos legimus
opus tamen esse in raro contingentia in
merandum tamquam gradi et fere invisibili neces
sitate trahimur in quod nascimur. Et si ad
diversa contingimur nascimur aliud quam si
ea plene peragamus in que trahimur.
equidem satis est nedum in aliud transi
tum fecisse velimus quod dudum iam frustra
tentaret aliquis id perdere quod erit nec
id potuerunt efficere quod querebant verum ad
quoscumque actus natura produxerit alios me
quidem experientia teste ad poeticas meditatio
nes dispositum ex utero matris eduxit et meo
iudicio in hoc natus sum. Satis enim memini
apposuisse patrem meum a pueritia mea
conatus omnes ut negotiator efficerer
meque adolescentiam nondum intrantem aris
metrica instructum maximo mercatori de
dit discipulum quem penes sex annis nil
aliud egi quam non recuperabile tempus in vacuum
terere. Hinc cum visum est aliquibus ostendenti
bus indiciis me aptiorem fore litterarum studiis
iussit genitor idem ut pontificum sanctio
nes dives exinde futurus auditurus in
trarem et sub preceptore clarissimo fere tan
tundem temporis incassum etiam laboravi. Fastidiebat
hec animus adeo ut in neutrum horum officiorum
aut preceptoris doctrina aut genitoris auctoritate
quanonis mandatis angebar contine aut
amicorum precibus seu obiurgationibus inclinari
posset in tantum illum ad poeticam trahebat
affectio. Nec ex novo sumpto consilio in po
esim animus totis tendebat pedibus quin ymo
a vetustissima dispositione ibat impulsus
Nam satis memor sum nondum ad septimum
etatis annum devenerat nec dum fictiones
videram nondum doctores aliquos audieram
vix prima litterarum elementa cognoveram et ecce
ipsa impellente natura fingendi desiderium af
fuit. Et si nullius momenti tamen aliquas
fictiunculas edidi. Non enim suppeditabant te
nelle etati officio tanto vires ingenii.

Attamen iam fere maturus etate et mei
iuris factus nemine impellente nemine docente
ymo obsistente patre et studium tale dampnante
quod modicum novi poetice sua sponte sump
sit ingenium eamque summa aviditate secutus
sum et precipua cum delectatione autorum eiusdem
libros vidi legique et uti potui intelligere co
natus sum. Et mirabile dictu cum nondum novis
se quibus seu quot pedibus carmen incederet
me etiam pro viribus renitente quod nondum sum poe
ta fere a notis omnibus vocatus sum. Nec dubi
tandum cum etas in hoc aptior erat si equo geni
tor tulisset animo quin inter celebres poetas u
nus evasissem. Verum dum in lucrosas ar
tes primo inde in lucrosam facultatem in
genium flectere conatur meum factum est ut nec ne
gociator sim nec evaderem canonista et per
derem poeta esse conspicuus. Cetera preterea fa
cultatum studia et si placeant quoniam non sit im
pellens minime secutus sum. Vidi tamen sacra
volumina a quibus quoniam annosa etas et tenuitas
ingenii dissuasere destiti turpissimum ratus
senem ut ita loquar elementarium nova in
choare studia et cunctis in decertissimum esse
id attentasse quod nunc arbitreris posse
perficere. Et ideo cum existimem dei beneplacito me
in hac vocatione vocatum in eadem consistere
mens est et quod egerim hactenus hijs mo
destis studijs laudare quamvis alij quod vide
tur. Cum ergo patiuntur cerdone subula cetis que
vacare lanistam pectori sculptore statuis
me etiam queso vacasse poetis equo animo pa
ciantur.

Dampnose compatimur
regibus et dijs gentilium

Erunt qui audito iam talibus tra
ctante exorbitent et eo transverso pro
siliant clamitentque qui tenuavimus hos sim
cogimur prisma veterum reti et terebrare busta
et quietos iam longa parte cineres in nomi
nem suscitare aut eorum retensioribus nebu
lis vetes offuscare splendores necnon et deorum
semisopita scela audientibus cunctis in
minus oportuna vigilia excitare et sub
titulo honorabili stili genealogie deorum
eorundem recitare latrocinia et incestus
longa et querela hec et plurium membrorum im
plicita et ea monstrante adverto cum sen
serint ista quod scripserim et potissime dum que
runt quod deorum gentilium facinora recitarim
verum gentilium animum redolet ista conquestio
et si sic sapuit mente ut verba sonat gen
la vigeret ad huc in nonnullis error. Ille

insaniae que quaeso auferat deus et resolvat in nichilum. Obiectus autem vidisse facilimum est. Agit enim temerarie qui nimium terminos excedit audacie sic memini in libro ethicorum Aristotilem arbitrari; hos ergo excessisse non reor. Audere quidem quod ab omni necessitate concessum est non est temerarie atque renuunt prohibitum legi seu honesta sint seu etiam minus honesta regum gesta describere. Erat tamen vetustis satius sit egisse ut nil de eis referri posset preter honestum. Ergo autem de hiis non ordinato nec in hoc disposito stilo scripsi sed summotenus et prout hystorie ubi nominibus ordo assumpti operis exigebat recitavi si qua inserui. Sed ego feci non novum aut insolitum facinus, fecerant tam antequam ego insignia illustrium scriptorum volumina in quibus et stilo celebri et ordine integro regum recitant acta a quibus si quid huic operi appositum est novissimus sumpsi. Si ergo hec querela facienda est de illis amplioribus et antiquis querant historiographis quorum scripta celeberrima cum fama iam diu vivunt sub patuere orbi. Ex hiis si quod odium generari potest in cineres iam quietos exordium sumptum est. Sed quaeso que pietas hec ex quo caritatis fomite oritur quam huius pietatis causa. Credo tenuiosi dici videri cupiunt tales in hoc quod honores regios curant quod videant quod quia tibi tum audientes de decorum. O quam parvo tales

Unde nobilitas oritur

existimant nobilitatem meruisse quae ex virtutis moribus iusticia sanctitate atque scientia acquiritur. Scirent isti si nobiles essent quia non solum supervacaneum sit sed dampnosum non solum gentilibus sed male meritis quibuscumque compati. Et id si sapiunt fuerunt hac pietate inanibus. Turpia autem deorum gentilium dedecora nec dormiunt nec sopita sunt, quinymo a sacra Christi doctrina in perpetuum non surrectura sepulta et ingenti dampnatione mole contecta et oppressa sunt. Hinc ergo molis omnes et si non satis pro viribus tamen tamquam pro animis ho ante conatus sum laudes nec et dignas consequi non redargutiones expectaveris. Verum ergo hos premisatio morsus cum nullo possint dentis acumine quemquam ledere hii ergo si vani sunt taceant et premitrat eos si deorum gentilium obiectorum eis ulla fuit compassio cum nec alia causa hoc nunc deceat vanum.

Breviloquus seu longiloquus ob causam lacerandus non est.

Breviloquum forte me dicent alii eo quod aliqua maiestate premittorie quam longa serie recitando fabulas atque historias aut illas enucleando pertransieam. Et sic non dubito quin sint qui dicant me quod oportunum sit sepissime longiore sermone ut sic esse fatear necesse est fuere enim huius faciundi rationes plurime. Quedam autem in paucis sub verbis relata sunt quoniam non erat unde posse ampliora describere ipse ex meo voluisse fabulas aut historias protelare vel fingere quod omnino fugiendum est sano homini quedam vero etiam ad plenum scripsisse paucis indigebat verbulis ex quibus si satis intencio suinitur maiorem sumpsi in longius protendisse. Sunt tamen et multa que procul dubio longiore verborum copia tollerassent. Sed quaeso si cuncta summam que dici potuissent aut forsan exquisisset materia. Sed ea tamen quae in scribenti occurrebant cum longissimas historias aut fabulas cum omnes singulares tam deorum quam hominum atque cunctas multiplices fictionum sensus cuncta testimonia fabularum aut historiarum veterum auctores cuncta opiniones plurimum relationes et huiusmodi scripsisse voluissem quis me finem operi huic fecisse existimat tales? Equidem vix unum sufficeret seculum et tam grande etiam evasisset volumine ut solo intuitu primo terruisset quoscumque lectores et ob id satis ratus sum ea quae dicta sunt sic summotenus tetigisse. Non enim prodire aut mereri vulgo scribimus, quinymo aut aliter dictum est doctissimis regi et provectis hominibus si aliqui ex manibus tuis serenissime princeps ad alios venturi opus hoc est. Precor ut excedant ingenia non adeo plene scribenda sint omnia. Itaque labore aliquo quesita sunt placet magis quam invenerint et tam maiori diligentia conservari quia quae sponte sua intellectum legentis accedunt. Est et postremo longiloquus dicendi seu scribendi locus ne vidisse futurorum videam ingenia et arrogantia quadam ad quam omnes aspiravimus iudicarim preoccupasse sequentium gloriam. Michi igitur aio fendum est quod honestis agentibus tantis aut brevis dictum est aut causa brevitatis omissum hiis ante quam me si qui erunt dicet longiore debito quinque fore non aliud dicam nisi quia sic oportunum esse ratus sum. Aut quia me non sit aliqui intellectus delectatio impellebat quam prudentioribus non iniqua liberalissimum

prestitit calamum. Sed quid ubi verba
sint intelligentium excedere ingenia sint
et ampliora minus intelligentium provocare?
Et idcirco qui plura noverunt sint me
mores quod et ipsi aliquando fuere rudes et
ob id absque indignatione patiantur si ampli
usculum inmoribus laboratum sit. **Vero non**
ficto Regis mandato hoc opus compositum.

Aderunt forte qui dicant quod non mi
nus de aliis quibusdam etiam claris vi
ris dixerim cum mendacio in gloriam mei nominis
finxisse quod tuo iussu Rex inclite hoc opus
elaboraverim cum minime verum sit. Tar
da his fides est seu verius animus nequam
qui de se noverunt urentes invidia in al
coniecturam faciunt. Certissimum est ut Tullius (Tullius)
verbis utar: Trahimur omnes studio laudis
et optimus quisque maxime gloria ducitur. Et
ob id cum gloriosum sit parvo homini maximo
atque optimo Regi obsequium prestare
posse non fide cum difficultate comperiet
dixisse nonnullos ad extollendam humili
tatem suam mendacium finxisse huiusmodi scilicet
scriptores multos credam sed de hoc alias. Ego
autem ut ad verum me verba non inficiar me
glorie avidum sed quantumcumque cupiam pro
fecto non adeo effrenis sum. Nam adeo hoc
accensus desiderio non adeo hostis honesti
ut in tam turpe mendacium ruborem non
dicam frontis sed mentis abiecto meipsum
precipitassem. In hoc me superbum confiteor
si superbia dicenda hec est in talibus insi
dio celi honore seu titulum inrequisitus
inferrem et hoc etiam non omnibus Regibus
bus exhiberem. Tu nosti Rex optime
quoniam me renitente atque tergiversante
Donninum militis tui suasionibus precibus
que in votum tuum deductus sum ut sciliet labo
rem hunc subirem. Nec non labentibus
annis factum est ut Bechinus Bellincionus
familiaris tuus et concivis meus e Cypro
veniens apud Ravennam urbem me con
veniret. Et postquam placidis verbis cle
menciam atque gratiam celsitudinis tue erga
me inmeritum monstravit. Mirus exhor
tationibus ut aiebat te sic imperante se
insopitum circa hoc opus ingenium me
um irritavit. Ex quo non dilectissimus tuus
Paulus geometra non numquam ornatis litteris
sigillo maiestatis tue signatis in quibus
ad me missa inserebantur tua sollicitum
reddidit. Novit deus et tu scis quod nec
umquam presenciam tuam vidi nec tu me
vidisse potuisti. His mandatis credidi et
omnis meis humeris pertinacem subivi.
Si te ignaro hec acta sint per ...(?) ...(?)
deceptus sum. Et sic hos fateor esse veri
dicos qui asserunt non tuo iussu compo
situm verum non crimine meo nisi me in
hoc peccasse quis dicet quod non dixerim
me servum sic tuis litteris ad me ductis susce
pisse. Si hoc in superbum missum est quasi
dominum insignem inclite animus vere dicendi ar
bitrari. Dixi autem ut audivi eo ferre a
nomine quo me primo convenerit Dominus clari
sit et ob id non eius fidem invocare possum.
Vivunt Bechinus et Paulus geometra
vivunt hos ergo et Regiam fidem tuam veri
tatis huius testes in testes voco. Te igitur
cum illis invoco tum hunc si necessitati exigat
labore esse oportunum est oppugnationi sca
bri hinc obsistere et nomen meum a tali
scelere nota veritatis affirmatione pur
gare. Sed ut te Rex inclite paululum
omisso ad obiectores deveniam corpusque ob
iectori aliquid pro iure meo vindicam ... (?)
ro si pro rostris sedente preside agendum li
tigium esset me innos habere testes nec
eos fere plebeia scilicet illustres homines quod in
me oportunum non erat ut ubique circumcirca pro
tam inepto mendacio evolare si opus
meum insignire Regio nomine cupiebam
presto erat in ore coram nec vereor dicere
Rex qui si credidisset obtinuisse post
quam ceperam quod minime aliud erat dum me
quemcumque dominus una voce rogasset. Et sic
hoc opus ascribere maiestati esto minus
intelligentes principes esse existimas non
in suo nomine gloriam inferre quoniam me
in litteris eorum suis titulis decus addere.
Nec minus suffragantes eius scriptorum stant
insignia et nomina Regum hunc Alexander
ille Macedo qui parva militum manu
ingenti animo orbem totum aggredi ausus est
in Persas vadens multos huiusmodi scriptores
qui sua gesta describent secum traxit et
in Sygeium veniens quo bustum vidit Achil
lis tacuisse non potuit quin ostenderit ver
bis quanti grandis videret sibi gloria quandoque
sequebatur a scriptoribus Regibus eius fortuna
tum dicens quod illi Homerum contigisset here
ditorem (?) hunc Pompeius Magnus qui
equa facit cum virtute fortunam Theo
phanem Mitilenium qui nomina sua perscripsit

Quod prosint fame Regum scriptores

frico in concione militum civitati dona
vit. Sunt Scipiones titus flaminius cato et
sorinus · Q · metellus pius Canarius
catero et alii plures illustres viri se scrip
toribus faciles atque liberales exhibuere ut
eos in hoc trahent ut de se scriberent. Quid
ergo meis libellis regem militum media
cio misera quod iuncto gloriam largitur sim
et mea offuscatur ignominiosa labe.
Si adeo avidus eram mediatis mea ex
tollere gloriam sciant et alia opuscula ex
quibus nullum est ullo huiusmodi titulo insignitum
preter buccolicum carmen quod ut sibi in
titularet petiit donatus appenninigena
pauper sed honestus homo et pipinus amicus
meus. quid non omnibus nomina appono. Regum pre
terea est ne hoc sub sole novum reges de
siderare scripta quorum et amicis intitulare. Non
equidem diebus meis memini Robertum Ierusalem
et Sicilie splendidum regem et multis orna
tum titulis postulasse a binsigni viro
francisco petrarca in alteri verbis ut si
bi ascriberet affrice a se nomine edite titu
lum quam queso auctoritas gloriam francisci
an sua? suam profecto quid multa? Non
equidem magnorum ducum nomina claros scrip
tores faciunt ymo potius ipsi reges scriptorum
ope cognoscuntur a posteris. Insuper si appro
bandum sit opus quid illi addere titulum regis
nomen preter auctoritatis afferre aut bene
nivo auctori glorie superaddere. Et si impro
bandum sit quod iure potius. prescriptio illa fe
cisse probabile aut notam auctori nitium
abstergere decus igitur et gloriam attenti applicatio
virorum illustrium affert non regum nominis
ascriptio ergo aute ut idcirco dixerim adeo
superbe obstinatus sum ut nisi deo gloria cuius
ascribenda sunt omnia unius carminis tui de
cus etiam cesari dictatori resurgenti aut
scipioni affricano nisi rogatus aut si
amicus esset ascriberem. Dicta sunt licet in
rex bona cum tua venia queso et postremo
precor si contingat te unquam aliquos talia
obicientes audire tamquam veritatis extimie
impugnatores regia cum indignatione silencium et quod
tuo nomine te petente dictatum est ymo compositum
te mandante regia virtute defende.
Superant multa Sed quoniam michi satis dixisse
videtur omittenda reliqua censui et deo im
mense largitori tibique operis fortuna committere
quod postquam in tuas devenerit manus
dum libuerit tuo fultum presidio et te iubente

hic etiam scripsit buccolicum

tendat in publicum

Conclusio

Ecce tandem clementissime Rex
divina pietate prebente in fine lon
gi operis ventum est in quo ea qua
potui solercia iuxta veterum tradiciones
deorum gentilium genus eorumque posteri
tates multis undique exquisitas vi
giliis quo datum est ordine descripsi et
iuxta mandatum tue serenitatis pro viribus
ingenii mei post fabulas fictionum
sensus seu ab antiquis sumptos seu a
tenui intellectu meo emissos apposui
undique insuper quod officiosissimum iudicavi
sum nonnullis poetas adversus opiones
talium non dicam instos omnes sed nec
ridiculos aut simpliciter fabulosos
sed quoniam secularis sciencia ingenio
et moribus ac etiam insignium claritate con
spicuos. Ligumque pireca in litore ancho
ris se premisse ingeniose firmavi
magis semper de bonitate divina con
fidens quam de robore vinculorum. Sic et a
nantra quas magis nocivas credidi sa
gittas. amovi. Esto arbitrer superesse
quam plurimas adversus quas vix credam
satis armasse potuerim. non equidem
se quantumque bellicosissimus miles sit
adeo caute armare potuit quis quam
quin locus hostili gladio linqueretur.
Igitur ipse deus protegat qui solus novit
diverticula malignantium et noluit
quam cunctis posse potuit verum quam homo sum nomi
que nullum adeo oculatum quin nisi divina
protegat manum sepissime cadat in lub
ricum. Arbitror satis possibile me non
nunquam aut omisisse dicenda aut non
dicenda scripsisse aut dicta non satis ro
boris roborasse aut minus plene in notici
am misisse seu aliis modis peccasse
plurimis de quibus doleo et quoniam nosco
quod ignavie mee mea imputanda
sunt crimina supplex veniam posco. Te
que humilis per insigne tui capitis decus
exoro ut tui ingenii celsitudine de
fectus supleas superfluitates excidas
dicta minus actinate exornes et omnia
pro iudicio tue sincere mentis pie corri
gas et emendes. Si forsan maioribus
occupatus ut sepissime reges estis
huic labori tempus non posses impendere
tunc omnes honestos sacros pios atque

f. petr

f. petrarca

catholicos viros et potissime celebrem virum f. petrarcham insignem preceptorem meum ad manus quorum opus hoc aliquando devenerit per xpisti preciosissimum sanguinem deprecor ut errores quoscumque si quos forsan minus videns dictis inueniat sua pietate atque benignitate surripiant aut illos in sacram veritatem convertant eorum eius existimacioni et censuram opus hoc esse suppositum volo Ceterum rex inclite si quid boni inest et quid videtur si quid votis tuis consonum gaudeo et exulto et eiusdem labori meo congratulor Verum scias me ex imputes nolo nec laudes aut honores alios ob id postulo Deo quippe a quo omne datum optimum et omne donum perfectum e[st] attribuas queso eique honores impendito et gratias agito cum ipse mecum meo semper post exactos quoscumque labores honestos consueuerim qua possum mentis devocione dimittere illud dicere Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam

Genealogie deorum gentilium secundum Johannem boccaciu[m] de certaldo ad illustrem principem hugonem Jerusalem et Cipri regem liber xv[us] et ultimus Explicit Deo gracias Amen Amen Amen.

Finito libro sit laus et gloria xpisto

Antropos
Antheus — i
Amor
Apis
Autolicus
Autolia
Ammone
Abas
Acrisius
p[rimus] Athlas
p[rimus] Amphion — ii
Adrastus
Agenor
Adon — Aragne i
Anna — p[rimus] in nerua est
Aganes
p[rimus] Antigonas
Achirons — iii
Alecto — iii
Ascalaphus — iii
Apollo — iii
Absirthus
Argiua seu angeoma
Asterias
Aeus
Aurora
2[us] Athlas — v
p[rimus] Alcion
Astreus
Astrea
Auster
Affer
Aquilo seu boreas
Arpalix
Alous
Apollo
Aristeus
Actheon
Autonus
Angeus — vi
Astheopius
Arabs
2[us] Amphion
Amiclas — Amphion 3[us]
Archas
2[a] Anthigona
Astianactes
Argulus
Antiphus et ysi
Antiphon
Agarion — pavon
Agathon
Assaracus
Affricus et zephiro
Arthos i[d est] calisto et iiii

Anchises
Aschanius
Alba silvius
Achis — vi
Agrippa
p[rimus] Aventinus silvius
Amulius
Athelous
Arethusa
Alpheus — vii
Acestes
Aponus
Asteropeus
Asopus
Acis — viii
Ascalaphus et melas
Althea
Astilus — ix
Abas
Abidas et oriondes
Anomaca
Amnas l aug
Albion
Archus
Althimous
Alyous i laodamas
Actorion i melion — x
Aon
Anthiopa
Arastus
Amphilocus
Anthigona
Atheus
Amor Jovis filius
Angeus — Amaltea in Jove tro
Arpalices
Androgeus — xi
Adriana
p[rimus] Anthiphates
Archisens
Auxonius
Atreus
2[us] Alceon
Arpages i tatalo
Agamenon
Alepus
Altmena
Alteus — xii
Amphitrion
Alchmenides
Aon
Asyus
Alixente
Ayax
Achilles
Andromeda in xv° est

Aglis
2[us] Aventinus
3[us] Alcion
Alchimedon — xiii
Amichaon
p[rimus] Anthiphates
Amphiaraus
Almeon
Amphilocus
Athamas

p[rimus] Belius
Bona — ii
2[us] Belius
Biblis i[n] c[elo]
Boreas in aglo — v
Brancus
Bachus
Byanor
Bromius et oriondes
Britona — ix
Buthes
Bachillus — x
Bronces
Busiris
Bathomon — xii
Byas — xiii
Bellorophon

Cloto — i
Charon
Celmus
p[rimus] Cupido
Maris
Cilix — ii
Cynara
Cadmus
Celius l celum
p[rimus] Ceres — iii
Coritus
2[us] Cupido
Camus
Circe
p[rimus] Ceus
Cilenus — iiii
Calipson
Calaym
Chorus i zephiro
Caliston
Chioneus
Calathus — v
Carthago
Creusa
Cassandra — vi
Chaon
Calais in zetu

Cremenon i echemon
Cebrion
Capis vi
Capis plur
Climene
Corinfites
Cimodote
Cirenes
Critho vii
Crimisus
Cithronius
Cephissus
Cyane
Cromis
2ª Ceres viii
Chirone
3ª Cupido
Cesius
Coronis
Centauri ypodis fª ix
Ceneus
Crons i dsomides
Cillarus
Cilla
Clitous i laodamas
Cronius x
Cignus
Celeno
Castor
Clitemestra xi
Ceus
Cassiopia et cepheus in preus — Cupitemus
Corinthus
Catus xii
Cerulus
2ª Cronus
Cirnus
Ciparissus
Cliton
fª Catillus
2ª Catillus fª xiii
Corax
Creon
2ª Creusa
Cephalus
Cithorus

Demogorgon
Dolus i
Dies
fª Dyana
fª Dyonisius in tricopo fª
Danaus
Danne ii
Dido deyphiles
Dirce
fª Deucalion iii
2ª Dyonisius
2ª Dyana v
Dardanus
fª Daphnis
Deiphebus vi
Drisopnous
Doricleon

Doris
Dane
2ª Daphnis vii
Dorileus
Deyanira
Dyomedes
Dictis i dsomides
Demoleon ix
Danis
Doulas
Dorus x
Demophon
Dedalion
Drias xi
2ª Deucalion
3ª Dromius
fª Dymas xii
2ª Dannius
Dannus
Dyodorus xiii

Egestas i
Ether
Ebalio in tricopatre ii
Epaphus
fª Egistus
Euridices ii
Europa
Edippus
Ethiocles
Eones
Encheladus
Egeon
Egle
1 Electra iii
Ephimeteus
Evander
Ellanus
Eurus in noto
Eurimone
Enomius
Esculapius v
Ezetus
Egiale i papia
Eufrosine
Erigone
fª Erithonius Esipius vi
Epaphus
Ethemon
Eneas
2ª Eneas plur
Eurimonus
Etra
Egyaleus vii
Ethyops
Esima
Eurimedon viii
Enomaus
Euritus
Eurinoma
Elas ix
Esnous i dsomides
Etiodus
Endimyon
Elimus

Euanne
Etholus ix
Eurialie i medusa
Ephialtes i othus
Ereus x
Ethimenes xi
2ª Egistus
Epigenia
2 Electra
Elettrion
Euristeus
Euritus xii
Eacus
Endoeus
Evander
2ª Erithonius
Euripilus
Eolus
Erithens xiii
Eison
Eutropus

Fama
Fraus i
Fames
Fugeus
Fenix ii
Furie filie acheontis
Flegeton iii
Faunus
Fortuna viii
Faune
Flegia ix
Femina
Feo i dsomides
Filie pelie x
Forus xii

Gratia
Gigantes iii
Garamantes v
Ganimedes
Gorgicon vi
Galatea
Glauca vii
Gorges ix
Grines i dsomides
Gnizaor x
fª Glaucus xi
Gorgophone xii
2ª Glaucus xiii
3ª Glaucus

Herebus i
Hercules ii
Hypermestra
Honor iii
Hermofrodito
1 Hora
2 Hore iiii
1 Hesperus
Hyas
Hyades
2 Hercules v
Hesiona hisypis vi
Hector
Helenus
Hyppotous i panon
3 Hercules vii
Hebes
1 Hermiona ix
Helena xi
2 Hermiona
Horestes xii
Horestis fª

Hercules
2 Hesperus xiii

Iapeda i phetusa vi
Invidentia i
Iupiter ii
Iasius
2 Iupiter
Hyspiles v
Ythis
Ispius
Iulius plur vi
2 Iulius
Iapeus vii
Iuno ix
3 Iupiter xi
Iarbas
Iuturna xii
Iason xiii

Litigiud i
Lachesis
Labor
Liber
Libia
Licaus
Lampsacius ii
Labdacus
Laius
Lethes iii
Lima iiii
Latona
Lycaon
Lapytha
Linus v
Lacedemon
Laomedonta
Lampus
Laodices
Lcastes vi
Laocoon
Latinus plur
Lausus
Ligus vii
Lampetusa i phetusa
2 Latinus viii
Lamina
Liades
Licus
2 Licus i dsomides
Latreus
Laodamas x
Lucifer
Lichomes
Ligurgus xi
Laertes
Lipidites
Laodices i ephetis
Leucotoe xii
Lares fª
Lidus
Launus
Laodonia xiii
Lisander
Learcus

Metus
Mysena
Morbus i
Mors
1 Minerva ii
1 Mercurius
2 Mercurius
Megera
Mirra
Megera iii
Magestas
3 Mercurius
Mletus iiii

Medea
Maya
Merops vii
2 Minerva
Mopsus
Machaon v
3 Minerva
Memnon
Medicastis vi
Mistor
Melinthode vii
x Minerva
x Mercurius
Mercurius
Meander
Mnesteus
Mars ix
Melas i papalast
Meleager ix
Menalippus
Medon
Mermeros i dsomides
Menelas
Momus
1 Medusa
2 Medusa
Mellon x
Messapus
Medus
Megareus
Muse nove
Mena
Mirmidon xi
Mimos
